

J A N I
VINCENTII
GRAVINÆ
J. C. C.
INSTITUTIONES
CANONICÆ

Nunc primum in lucem editæ.



AUGUSTÆ TAURINORUM. MDCCXLII.
EX TYPOGRAPHIA REGIA.

IN PONTIFICII JURIS

INSTITUTIONES

PROEMIUM

Ad cupidam Sacrorum Canonum
Juventutem.



I quem ad modum Justianus posteritati prospexit , ita & ipsi nobis consulere , ac tempus , ordinemque ab eo Legum studiis præstitutum adhibere vellemus ; longe sane breviori spatio cum Civilis , tum Pontificii Juris Institutiones clauderemus . Ex illius enim præscripto paucis ad earum explicationem decerptis mensibus , totum fere quinquennium ad alia superesset : nunc autem animis ad quæstum properantibus , vixque biennii moram in utroque addiscendo Jure ferentibus ; atque ab Institutionibus ad forum continuo migrantibus , ne adolescentes ab Scholis jejunos , inanesque dimittamus , cogimur Institutionum proferre



fines

P R O O E M I U M.

fines, quinquenniique rebus ad bieñium
contractis, argumenta promere largiori
manu, quo non capita solum, sed seriem
quoque rerum hinc auferant ad forum.
Quamobrem id nos in nostris pertexen-
dis intendimus, ut interea temporis una
cum seminibus propago quoque studio-
sis, atque seges occurreret materiarum:
ne, si velint ad forum convolare maturius,
quæstionum noxitate percellantur, tene-
brisque rerum offundantur subitarum :
neve, quod saepe usu venit, clientum de-
trimento discere Jus Civile cogantur,
artem justitiæ non ante nanciscentes,
nisi postquam injustis litibus plura patri-
monia laceraverint; plurimaque judicia
longa juris ignorantia perverterent. Quot-
quot autem Pontificii Juris Institutiones
evolvimus, (evolvimus autem, antequam
nostras exordiremur, plurimas) vel vul-
gata tantum continent, (Lancellotum
semper excipio) & leviora, quæstionibus
contra Institutionum finem, & artem,
admissis intempestivis, atque verbosis
neglectisque principiis certis, quibus unice
constare debent Institutiones, omissisque
causis rerum, & memoria vetustatis, vel,
si

PRO OE M I U M.

Si qui auctores , & ii quidem eruditiores , ad initia , & antiquitatem excurrunt , prisca eruditione adeo capiuntur , ut recentiorum prope obliviscantur ætatum : unde fortasse minus utiles sunt . Ideo nos utrumque scopulum declinantes , breviter priscam , medium , & novam Ecclesiæ complexi sumus ætatem ; adeout ad Tridentinorum Canonum sententias suis locis intertextas adjecerimus etiam utiliorum haud pauca responsorum , quæ a Sacris Cardinalium Consiliis , quas Congregationes vocant , in dies emittuntur : unde in pluribus juris articulis triplicem aspectum Ecclesiasticæ disciplinæ patefecimus , & a traditionibus veterum Patrum notitiam juris primævi deducentes , mutationisque causas e media eruditione colligentes , eas gravioribus , uberioribusque Pontificum Constitutionibus provide subjecimus , ut non tantum notitiam Canonum Ecclesiasticorum , sed rationem quoque illorum , studiosi adolescentes , hinc abducatis , habeatisque a nobis non solum ad forensem peritiam , verum & ad Sacram omnium temporum disciplinam breviter expeditam viam : atque ita quisque

ve-

P R O G E M I U M.

vestrum per Institutiones hæc nostras non solum accipiat usitata, sed eruditio-
nis etiam Ecclesiasticæ primordiis imbua-
tur; atque ad Sacram Jurisdictionem pro-
pugnandam validioribus armis compare-
tur; indeque magis, magisque in dies
commendetur Summo Pontifici similitu-
dine studiorum, in quibus ille florem ex-
git ætatis, ut integratam Ecclesiasticæ
disciplinæ, quam per omnium temporum
seriem vestigabat, nunc Ecclesiam regens
universam, sanctissimis redderet legibus,
eternisque sanctaret propriæ virtutis exem-
plis. Atque hæc de nostris Institutionibus
in universum: nunc quomodo a nobis in
dies singulos exercendi sitis, breviter vo-
bis expediemus.

Igitur præter operam nobis impera-
tam, hoc est præter quotidianam dictan-
di, explicandique horam, & consuetas
repetitiones, ac disputationes ex edicto
præscriptas, nos labores nobis addidimus
voluntarios: angusta enim justitia est,
quæ intra legis verba continetur: nam
longe supra leges ab hominibus conscrip-
tas in paginis, obligamus a legibus natu-
ralis honestatis, a Deo Optimo Maximo

con-

P R O O M I U M.

Conscriptis ; ut D: Paulus docet, in animis nostris : quibus, quantumcumque in nobis est, conferre monetur in utilitatem aliorum : Unde singulis diebus post explicata scripta , explicabimus primarium , & ubi- xiorem illius materiae Canonem a nobis allegatum , tum ut affucficiamus aures vestras ad Ecclesiasticum stilum , tum ut vos a fonte suo Juris doctrinam petere doceamus . Turbat enim Pragmaticorum tui satis diu vobis in foro patebunt : ut nisi vocem legum hinc exaudiatis , nunquam posthac in tanta occupatione ne- gotiorum , inter forensium Auctorum re- tia , recurrere ad eas possitis . Nec omitteremus exponere Capita illa Sacri Concilii Tridentini , quibus in eod articulo jus ve- tust forte mutetur , & cum ad secundum nostrarum Institutionum Librum , atque ad Sacra menta venerimus , præter Scripta nostra eam vobis Catechismi Römani par- tem interpretabimus , quæ rem Sacra- mentariam comprehendit . Quem sane Librum doctrina , & locutione curatote , obsecro vos , ut simul cum novo Testa- mento , quæ radix est omnis Christiani Juris , in manibus semper habeatis ; ubi
vero

P R O O E M I U M .

vero e suggestu descenderimus , hora quadrantem vobis sive de Pontificio , sive de Cæsareo Jure interrogantibus copiam nostri faciemus .

In solemnibus vero vacationibus ordinariorum , cum ab nullo alio Doctore tempus hic sit , & locus occupandus , licetque quoad volumus prorogare labores , hoc vobis etiam a nobis accedet , quod Librum de ortu , & progressu Juris Civilis nostrum statim post absolutam illius diei prælectionem Canonum vobis explicabimus , ut ex eo opere , quidquid eruditionis Romanæ ad Romanarum Legum , & veterum Jurisconsultorum intelligentiam exigitur , cum summo temporis , & laboris compendio prænoscatis , retrusioresque Latinitatis formulas , quibus veteres Leges , & Interpretes eruditiores abundant , nosque propter suscepsum argumentum abundare oportuit , percipiatis .

Id modo supereft , ut studium erga vos nostrum , vestra cupiditate discendi , atque assiduitate laboris in diem augere velitis .

INSTI.



INSTITUTIONUM JURIS PONTIFICII *LIBER PRIMUS.* DE JURE CANONICO TITULUS I.



Uoniam Legis vocabulum est imperiosum , & continet vim civilem , sive corporis violentam coercitionem , ideo vetus Ecclesia modestiæ suæ minime convenire legis nomen existimavit , usque est Canonum Græca , & leniori voce , nempe regularum : unde orta est Juris Canonici appellatio , quod etiam vocatur Jus Pontificium , propterea quod ab auctoritate Pontificis Romani substantiam capit . Est autem hoc Jus , sicut & Civile , partim non scriptum , partim scriptum . Non scriptum oritur a consuetudine , & usu communi , quæ consuetudo legis robur habet

A

habet

habet, quando legibus, & rectæ rationi, Civi-
lique, ac sacræ Doctrinæ, & Disciplinæ non
adversatur.

Jus scriptum est, quod Sacris, & Ecclesia-
sticis Codicibus continetur, cujus plures sunt
partes.

Canonum autem variæ variis temporibus pro-
diere collectiones, quas nos distincte retulimus
in prælectionibus Gratiani.

Hic satis habebimus indicare vulgatores, quæ
sunt Decretum Gratiani, & libri quinque De-
cretalium Gregorii IX., quibus accesserunt toti-
dem libri collecti a Bonifacio VIII., quos in
unum corpus coactos appellavit Sextum Decre-
talium.

His adjectæ fuerunt Clementis V. Constitu-
tiones, quæ appellantur Clementinæ.

Item & Constitutiones Johannis XXII., quæ
vocantur Extravagantes, propterea quod vagen-
tur extra corpus Juris, quod Clementinis clau-
sum putabatur, & hæ quidem dicuntur Extrava-
gantes Johannis XXII., cum aliæ, quæ post ad-
venerunt, appellantur Extravagantes commu-
nes, quia plurima Pontificum Constitutiones
complectuntur.



DE

De Partibus Juris scripti, & de Jure Divino.

T I T U L U S I L.

JUS Divinum est lex, quæ Deum ipsum habet auctorem, quod vel naturale est, vel supernaturale. Naturale est, quod procedit a dictatis rectæ rationis, in qua sine stylo, sine atramento, Deus ipse creandis hominibus impressit amorem, & regulas honestatis, ad quam omnes naturâ ferimur, cuique perpetuo adhæreremus, nisi vitiis, & cupiditatibus abstraheremur.

Jus Divinum supernaturale est, quod in Sacrorum Bibliorum Codicibus Veteris, ac Novi Testamenti continetur.

De Sacris Constitutionibus.

T I T U L U S III.

Sunt præterea Canones, quos Ecclesia condidit auctoritate a Deo accepta. Quam auctoritatem condendi juris vel per Concilia, vel per suum Caput, Pontificem Romanum, expedivit. Concilia sunt conventus Ecclesiæ universæ, quæ per suos Episcopos, sub ejus Capite Summo Pontifice repræsentatur, eaque propte-

propterea Concilia generalia nuncupantur: quorum celebrandorum ratio hæc est. Convocandi ad Concilium sunt ex universo terrarum orbe omnes Episcopi: ejusque indicandi potestas est penes solum Romanum Pontificem, qui per se, vel per suos Legatos præesse debet. In Conclilio Episcopi judicium proferunt, cumque iis ex consuetudine etiam Cardinales, Abbates, quasi Episcopalem Jurisdictionem habentes, & Generales Ordinum. Quodque decreverit, id ratum, certumque manet. (1) Præter Generalia, sunt etiam Nationalia, & Diœcesana Concilia. Nationalia sunt, quæ celebrantur ab Archiepiscopis, & Episcopis alicujus Nationis, aut Regni sub Patriarcha, vel Primate. Provinciaia sunt, quæ celebrantur ab Episcopis ejusdem Provinciæ convocatis a suo Metropolitano, seu Archiepiscopo, eoque impedito, ab Episcopo antiquiore: (2) convenireque jussu ejus debent omnes Episcopi, Abbates, & quotquot accedere consueverunt. Sunt autem cum Episcopis vocandi etiam, qui Jurisdictionem habent Episcopalem, (3) & si nequeant Episcopi accedere, justam excusationem afferre debent. (4) Capitula vero Cathedralium convocanda esse, non cogenda scribit Abbas. (5) Eaque

[1] Can. Sancta dist. 16.

[2] C. quoniam C. si Episcopus C. si quis Episcoporum dist. 18. C. decernimus ead. dist.

[3] Can. convenientibus 1.

q. 7. C. Adrianus dist.

53.

[4] Gloss. Can. placuit dist. 18.

[5] C. ult. de his, quæ sunt a majori parte Cap.

Eaque Concilia tertio quoque anno celebranda essent ex Concilio Tridentino. (6) Diœceſana ſunt, quæ celebrantur ab Episcopo convo- catis Diœceſis ſuæ Clericis, vel Abbatibus. (7) Ad quos cœtus convenire oportet exem- tos omnes, qui alioquin, exemptione cefante, convenire deberent, quique Capitulis Gene- ralibus non ſubjiciuntur; item ſine ulla excep- tione quotquot curam gerunt animarum: de- bentque celebrari ſingulis annis. (8) Et ſi Epi- ſcopus negligat, duorum mensium ſuspensione a munere ſuo punitur. (9) Porro Conciliis Diœ- ceſanis obligantur tantum homines illius Diœ- ceſis; Provincialibus omnes illius Provinciæ; Nationalibus omnes illius Nationis; at Gene- ralibus universus orbis terrarum; Summorum etiam Pontificum Constitutionibus homines obligantur universi. Dividuntur autem eæ Con- ſtitutiones in Decreta, Decretales Epiftolas, & Rescripta. Decreta ſunt, quæ in Romano Concilio, conſeffuque Italicorum Epifcoporum Pontifex promulgabat. Decretales Epiftolas ſunt responſa Pontificum in privatis controverſiis, aut ad consultationes Epifcoporum: quæ gene- raliter etiam rescripta nuncupantur. Speciali- ter vero rescripta ſunt, in quibus Pontifex ali- quid rogatus aut concedit, aut mandat, aut decernit. Magnum etiam auctoritatis gradum

A 3

in

[6] Sess. 23. C. 2. de refor.

[7] C. quando diſt. 38. C.

placuit 12. q. 2. C. Ab-

bates 18. q. 2.

[8] Conc. Trid. ſeff. 24. C.

2. de reform.

[9] C. ult. juncta Gloſſa v. ex-

communicationis diſt. 18

in Jure Canonico retinent scripta SS. Patrum, eorumque sententiae: quæ cedunt Pontificiis Constitutionibus, quia hæ veniunt a Potestate majore, ac suprema; quamvis in Patribus constiterit scientia major. Neque locus clauditur in Jure Canonico Principum Constitutionibus, & responsis Jurisconsultorum: quorum aliquot inter Canones mista invenimus. Quam auctoritatem profanæ leges non a profana, sed a sacra Pontificum potestate ducunt. Recte enim Bonifacius (10) illud Justiniani usurpavit (11) *omnia nostra facimus, quibus nostram auctoritatem impertimus.*

Divisio autem Juris Civilis aptatur etiam Juri Canonico, quod pariter in personis, rebus, & actionibus, nempe judiciis versatur.

Hinc primum Librum personis, secundum rebus, tertium judiciis, & actionibus dicavimus.

De Jure Personarum.

T I T U L U S IV.

Jure Canonico personæ dividuntur in laicos, sive populares a Græco $\lambda\alpha\sigma\delta$, idest *populus*, & in clericos, sive adscitos ad divini ministrii sortem a Græco $\chi\lambda\sigma\delta\sigma\delta$, idest *sors*. Clericorum

[10] C. 22. de præb. in 6.

[11] L. 1. §. sed neq. de vet. jure caueando.

corum sunt plures ordines, quorum summus est Episcopatus, unde profeminati sunt ordines cæteri, quorum alii majores dicuntur, & sacri; alii minores, de quibus inferius.

De Episcopis, & Summo Pontifice.

T I T U L U S V.

Episcopus, sive Inspector observandis, & corrigendis moribus fuit institutus. (1) Episcopi munus est in concione verbum divinum explicare, quamvis recentioribus temporibus id mandare aliis confueverint, sibique reservaverint, quod ab ordine suo nefas est avertere: qualis est duorum Sacramentorum administratio, nempe ordinis, & confirmationis baptizatorum. Omnis autem Episcoporum potestas dividitur in ea, quæ sunt ordinis, & in ea, quæ sunt jurisdictionis, & in ea, quæ sunt Legis Diæcesanæ. Ab ordine manat Regum, Altarium, & Ecclesiaz consecratio, ejusque post pollutionem expiatio; (2) Chrismatis, & Olei Catechumenorum, & infirmorum consecratio, Ordinum collatio, Virginum sacramentum lectio. A jurisdictione venit facultas corrigendi, beneficia conferendi, execrandi, sive

A 4

excom-

[1] C. Cleros vers. Episcopatus dist. 21. [2] C. unic. de Consecrat. Eccl. in 6.

excommunicandi, judicandi, puniendi, examinandi. Ad Legem Diœcesanam pertinet jus exigendi Synodaticum, sive Cathedraticum; hoc est tributum in honorem Cathedrae Episcopalis præstandum, item jus exigendi prorationem, census, quartam funeralium, quartam decimationum: (3) quibus præstandis Monasteria non obligantur, ideoque a Lege Diœcesana exenta dicuntur. Et quoniam inter Civitates semper excelluerunt Metropoles, ideo Metropolitanus Episcopus minorum Civitatum Episcopis etiam antiquitus præferebatur. His autem eminentiores erant Episcopi illi, qui præerant Capitibus Provinciarum, in quarum divisione Imperii Romani rationem Ecclesia complectebatur. Unde, quia sub Romano Imperio Roma, Alexandria, Antiochia capita erant Regionum aliarum, ideo præter Romanum, qui a Christo impositus est omnibus, Alexandrinus Ægiptiacis, Antiochenus Asianis Episcopis præerant: ideoque hi tres ab initio Archiepiscopi vocabantur, tanquam Capita Episcoporum cæterorum. Postea vero Archiepiscopi nomen devenit ad Metropolitanos; Romanus vero, Alexandrinus, & Antiochenus nomen Patriarcharum suscepserunt, quasi Patrum Principes. Quem Patriarcharum numerum auxit postea Hierosolymitanus, & ob honorem Imperioriæ Sedis etiam Constantopolitanus:

[3] C. conquerente 16. de off. |
jud. ord. C. dilectus 18.

ubi Abbas eod. can. p.
10. quæst. 3.

politanus : quorum primum locum obtinet Romanus , secundum Constantinopolitanus , tertium Alexandrinus , quartum Antiochenus , postremum Hierosolymitanus , (4) qui propriæ Patriarchæ dicuntur . Alii autem his minores aliquando improprie Patriarchæ nuncupantur ; aliquando Primates ; quales sunt in Italia Grandensis , qui Sedem suam Venetias transtulit , Aquilejensis , & Pisanus ; in Gallia vero Vienensis , & Bituricensis , & Lugdunensis ; in Germania Magdeburgensis ; in Hispania Tolestanus ; in Anglia Eboracensis , in Pannonia Strigoniensis ; quibus accessit auctoritate Pauli III. Patriarcha Indiarum . (5) Hæc habent præcipua quinque Patriarchæ . 1. Ut post Romanum Pontificem sedeant ordine dignitatis . 2. Ut Metropolitanis Pallium concedant ; cum ipsi accipiunt a Summo Pontifice . 3. Ut eis Crux præeat per omnem suum Patriarchatum , cum non occurrit Summus Pontifex , aut ejus a latere Legatus . 4. Ut a suis Metropolitanis ad eos appelletur . (6) Quamvis igitur ordine omnes Episcopi exæquentur , gradu tamen dignitatis inter se , ac jurisdictione distinguntur . Quilibet enim Episcopus ordinariam in Diœcesi sua jurisdictionem habet , a quo , si Suffraganeus sit , ad Metropolitanum appellatur , ab Archiepiscopo vero Metropolitano ad Patriarcham ,

[4] Dist. 22. & l. antiqua de privileg.

fine.

[5] Gonzalez ad Reg. 8. Can-
cell. Gloss. 41. n. 14. in

[6] C. antiqua de privil. &
dist. 22. ubi Glossa per
tot.

triarcham, a Patriarcha ad Summum Pontificem. Cum autem Summus Pontifex plura cum cæteris Episcopis habeat communia ; multa tamen sibi nominatum exceptit, quorum hæc sunt quotidiana, & frequentiora . Primo ne ullius judicium Pontifex iubeat, cum omnes alii Pontificis judicio subjiciantur . Deinde controversiæ Religionis ad solius Pontificis judicium , cum majoribus Ecclesiæ causis revocantur . Præterea solius Pontificis est convocare generalia Concilia . Item Episcopos , & Episcopales Sedes creare , ac transferre ; eosdemque Episcopos de jicere , aut dejectos restituere ; cessiones ab eis accipere , illosque a jurisdictione Superioris eximere , solique Sedi Apostolicæ subjicere . Pontificis solius est plures Episcopatus in unum conjungere ; aut unum distrahere in plures , solvere legibus Ecclesiasticis , hoc est dispensare , remittere Canonum austoritatem ; Presbyterorum filios , cæterosque illegitimos dignitatum reddere capaces . [7] Pontifices jam diu creant Cardinales , qui Pontificium Senatum constituunt : dicti a Cardinibus , quales vocabantur majores Ecclesiæ , quibus præerant , ubi sub eorum cura locata erat administratio Sacramentorum . Eademque Ecclesiæ , sive Cardines appellabantur Tituli : erantque partim Presbyterorum , unde

[7] C. 2. de transl. Episc.
C. quod translationem
4. de off. legat., ubi Glos.

C. sicut venire 8. de ex-
cessibus prælat.

unde Cardinales presbyteri , partim Diaconorum , qui opes administrabant , & negotia cœilia gerebant , unde Cardinales Diaconi . Præterea ex Cardinalibus septem creabantur Episcopi , quibus tradebantur Episcopatus viciniores , qui tanquam Choropiscopi erant Romani Pontificis , cui præcipuam opem in totius Ecclesiæ administratione præbebant : erantque olim septem hi Episcopatus Cardinalium titulares , quia Episcopatus Sanctæ Rufinæ , nempe Sylvæ Candidæ nondum cumulatus , sive , ut ajunt , unitus fuerat Episcopatui Portuensi : ideoque nunc sex recensentur finitimi Episcopatus , nempe Hostiensis , Portuensis , Albanensis , Prænestinus , Sabinensis , Tusculanus ; crevit autem Cardinalium dignitas maxime postquam Nicolaus II. præcipuas eis partes in Romani Pontificis electione tradidit ; (8) adeo ut tandem reliquum Clerum excluserint : ac deinceps anteierint Episcopis , quibus initio non præferebantur : cum Cardinalatus non sit Ordo Ecclesiasticus , sed Ordini adjecta dignitas , & officium , quod merito supra cœteros emicuit , postquam majora urbis negotia gerenda , & una cum Pontifice universalem Ecclesiam administrandam , illius mandatu , susceperint . Ornarunt vero plurimum Cardinales Innocentius IV. , & Paulus II. , quorum ille rubrum Galeum eis tradidit , iste vestem coccineam , sive pur-

[8] Can. in nomine Dom. dist. 23. can. 1. dist. 79.

purpuream lacernam , (9) ut veteris Senatus majestatem exhiberent . Jus ferendi in Pontificia Creatione suffragii Cardinales non habent , nisi Diaconatus ordinem acceperint , aut a Summo Pontifice nominatim facultatem eam impetrarint . Eorum a Sixto V. (10) præfinitus est numerus , ne septuaginta excedant : ex quibus quinquaginta oportet esse presbyteros , Diaconos quatuordecim , Episcopos sex ex vicinioribus , quos innuimus , Episcopatibus .

Cardinales , cum in legationes abeunt , dicuntur *Legati a latere* , quasi dimissi a Pontificis latere , cui semper adhærere censentur , quorum in provinciam adventu filet aliorum Legatorum potestas ; (11) ac tum facultatem habent absolvendi excommunicatos propter violationem Clericorum , (12) & utuntur Apostolicis insignibus . (13) Præterea potest Cardinalis Legatus vacantia beneficia conferre , (14) etiam si jus sit patrono Clerico præsentare . (15) Abstinendum ei tamen est a Prælaturis Cathedralium , & Collegiarum Ecclesiarum ; item & a dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium majoribus , quæ per electionem conferuntur ; atque a translatione , unione , & divisione Episcopatum .

[9] Polydor. virg. de invent. rer. lib. 4. C. 9.

[10] In Const. incip. postquam & per aliam incip. Religiosa .

[11] C. voluptas de off. Legat.

[12] C. excommunicandos 9.
eod.

[13] C. antiqua 23. de privil.

[14] C. 2. de præb.

[15] C. 1. de off. Legat. in 6.

& C. dilectus extra eod.

scopatum. (16) Sunt etiam Legati missi non ex Cardinalium Collegio, & Nuntii nuncupantur, qui explicant in Provinciis, & Regnis Pontificiam Jurisdictionem. (17) Alii sunt Legati nati, quorum dignitati Sedes Apostolica perpetuo munus legationis attexuit, quales sunt in Anglia Cantauriensis, Eboracensis; in Gallia Bituricensis, [18] aliique. Sed quomodo ad Ecclesiasticas Dignitates perveniantur, inquiramus.

De Electione

T I T U L U S . V I .

Electio est personæ idoneæ ad Ecclesiæ vacantis, aut personarum regimen canonice facta vocatio. (1) In qua definitione comprehenduntur Episcopi, & regularium Rectores. Eligendi ratio pro temporibus variavit. Apostoli enim, quorum infinita erat in Ecclesiæ ex oriente potestas, ipsi Episcopos Ecclesiis præfiebant. Post eos in Cœlum sublatos Elec-

tio

[16] C. penul. de off. Legat. in 6., & C. 3. & 4. cod.

[17] C. 1, de off. Legat,

[18] Vid. Azor. 2. Inst. Moral. lib. 5. C. 25.

[1] Gloss. C. 5. de post. Prælat. in 6. verbo *vers.*

Etio venit ad Clerum, qui eligebat coram omni populo non suffragium, sed testimonium de electi persona laturo. Cumque turba populi electionem impediret, pro populo acciti fuerunt proceres, & optimates. Deinde, quia Clerus crevit, & Clericorum turba secum dissentiens impedimentum objiciebat electioni, redacta ea fuit ad electiores Cleri, nempe ad Collegium Canonicorum unum in Ecclesia corpus cum Episcopo constituentium: (2) dummodo ad Subdiaconatus saltet ordinem pervernerint, (3) aut, si Canonici non sint, facultatem eligendi aut ex consuetudine, aut ex privilegio, aut ex pacto acceperint. (4) Sed electionum, excepta Germania, quæ adhuc jus commune tuetur, vix alibi superest usus: cum generaliter vel Princeps, in quem transferunt jura populi, a Summo Pontifice certas personas petat; vel sponte sua Pontifex Ecclesiis Rectores tradat; [5] præcipue per regulam secundam, quam vocant Cancellariæ: qua collationes Cathedralium sibi exceptit. Antequam autem Clericorum ritum ingrediamur; affereamus aliquid de Vicario Capitulari, qui creandus est interea, dum electio celebretur. Etenim Episcopo sublato, Ecclesiæ omnis administratio

[2] C. i. C. dudum 22. extra de elect. C. quia propter eodem dist. 63. C. 35.

[3] Sess. 22. C. 4. de refor. Conc. Trid.

[4] C. cumana 50. de elect. juncta Glos. verbo *consuer.*

[5] C. 3., & 13. de præb., & dignit. extravag. ad regimen de præb., & dign.

nistratio ad Capitulum devolvitur , in quod exceptis iis , quæ sunt ordinis , exceptaque collatione eorum beneficiorum , quæ ad solum Episcopum cum consensu Canonicorum spectabat , (6) transit omnis Episcopi ordinaria potestas , sive spiritualis , sive temporalis , una cum collatione beneficiorum , quam Episcopus cum Canonicis habebat communem . [7] Quæ vero sunt ordinis , ne detrimentum contingat animarum ex dilatione , a vicinioribus Episcopis a Capitulo convocatis exercentur . [8] Fructus item Ecclesiæ vacantis Capitulum colligere debet , ac futuro Episcopo reservare . Propterea Conc. Trid. cavit , ut iis curandis Oeconomus a Capitulo constituatur . Et quia jurisdictionis exercitium difficilem exitum haberet , si divideretur in plures , jussit etiam , ut a Capitulo Vicarius , qui vice omnium administret , eligatur intra octo dies ab Episcopi morte : (9) quo elapsso tempore , si non elegerint Canonici , facultas ea devolvitur ad Metropolitanum ; & Metropolitanana Ecclesia vacante , ad antiquiorem e Suffraganeis . Si vero vacans Ecclesia exempta sit a jurisdictione Metropolitani , facultas ea transit ad Episcopum exemptæ proximiorem . Quamvis autem Vicarius Capitularis nequeat ordines conferre , quia tamen habet jurisdictionem , concedere potest veniam subditis ,

[6] Cap. 1. ne Sede vacante
in 6.

[7] C. 1. ne Sede vacante
in 6.

[8] Gloss. C. hisque de major.
& obed., & C. cum olim

[9] Sess. 24. C. 16. de reforma
eod.

subditis, ut ab aliquo Episcopo ordinentur per literas, quas vocant dimissoriales: dum ne concedantur intra annum ab Episcopi morte; nisi quis ordines petat, ut aliquod beneficium Ecclesiasticum assequatur. (10) Sed jam ad rationem eligendi pergamus. Electioni non est locus, nisi Ecclesia vacante; (11) adeo ut irritum sit quidquid consultum, actumve fuerit Episcopo vivente. (12) Præcedere autem debet citatio omnium, qui jus eligendi habent, dummodo sint in Provincia: [13] nisi qui eo impedimento detineantur, sive ætatis, sive viarum, & similiū; ut palam sit, citationem inutilem fore. [14] Citati autem, si adesse nolint, possunt eorum beneficio renunciare. (15) Et quoniam hac in re plus obest unius contemtus, quam plurium oppositio; ideo si aliquis contemnatur ex diligentibus, vel non opportune citetur, vitiatur electio, etiamsi justo suffragiorum numero polleat. (16) Nisi neglectus, qui fuit, eam electionem adveniens ratam habuerit. [17] At si absens citatus accedere impediatur, potest adprobante Capitulo impedimentum jurejurando probare, suffragiumque suum per instrumentum procurationis mandare

[10] Sess. 7. C. 10. de reform.

[11] C. bonæ mem. 36. de elec.

C. nullus 7. dist. 79.

[12] C. factus in princip. C. Novatianus. C. scire. C. denique 7. q. 5.

[13] C. coram 35. de elec.

[14] C. quia propter de elect.

C. ex eo 32. C. sicut 28.

eod. in 6.

[15] C. cum nobis 19. de elect.

[16] C. quod sicut de elect.

[17] Dict. cap. quod sicut, &

C. si cui eligendi 23. de elect. in 6.

mandare uni de Capitulo , vel , si Capitulum consenserit , extraneo : (18) licet item non modo unum , sed & plures procuratores ad eligendum constituere in solidum ; non quidem , ut simul admittantur , sed ut qui in suffragio ferendo prævenerit , præferatur ; [19] aut , si nemo præveniat , is vincat , qui a majori parte Capituli admittetur ; vel , si Capitulares convenire nequeant , is , qui prior in instrumento procurationis nominatus invenitur . Cum vero quis nomine alterius eligit , & suo , non potest anticipiti conscientia dividere suffragia in diversos , sed conferre debet in eundem tam suffragium suum , quam alterius ; nisi ad certam personam eligendam fuerit constitutus . Per litteras porro fas non est ferre suffragium ; ne quis jus hoc exerceat ante scrutinium : cum in ipso tantum scrutinio ferre suffragium permittatur . (20) Regulariter celebranda est Electio in Ecclesia Cathedrali , [21] tres intra mensas a die vacationis , si quidem vacet suprema ejus Ecclesiaz dignitas ; intra sex vero , si vacent dignitates minores in Ecclesiis Cathedralibus , aut Regularibus : minus enim damni ex ea mora timetur . [22] Quibus temporibus lapsis , eligendi facultas devolvitur simul cum iis-

B dem

(18) C. quia propter §. illud autem de elect.

(19) C. si quis justo 46. de elect. in 6.

(20) C. si quis justo 46. de elect. in 6. C. quia propter de elect.

(21) C. quod sicut 28. in princ. vers. cum juxta de elect.

& C. qua fronte de elect.

(22) C. ne pro defectu de elect. & C.2. ubi Abbas de Conc. prob.

dem temporum spatiis ad proximum Superiorem, ab eoque ad aliud, [23] donec ad Summum Pontificem perveniat: ad quem Ele^{tio} devolvitur statim; si Ecclesia exenta sit ab Archiepiscopi jurisdictione, & Sedi Apostolicae proxime subiecta; [24] quod obtinet in Praefecturis regularium exemptis, quæ per Electionem tribuuntur. [25] Deficiente vero majore Canonicorum parte, sive per absentiam, sive per negligentiam, sive per renunciationem, totum eligendi jus transit in minorem partem, quæ integrum Capitulum repræsentat. (26) Electionum triplex est forma, per inspirationem, cum omnes uno spiritu, veluti numine ducti ad unum eligendum conveniunt; per scrutinium, & per compromissum. Per scrutinium peragitur Electio, quando Capitulum ex eligentium numero tres capit, qui secreto, & signatim colligant suffragia singulorum pura, & certa, omnique conditione, & ambiguitate vacantia: [27] quæ publicantur statim, ea^{que} publicatione mutandæ sententiæ facultas adimitur. Conferuntur postea suffragia, & numerantur, ut ejus electio prævaleat, in quem major, & senior pars Capituli consenserit: ut non

[23] C. quia diversitatem de concessione præb. dict. C. ne pro defec^tu, ubi Abbas & C. 2. de elect. in 6.

[24] C. licet de suppl. neglig. Prælat.

[25] Clem. 1. de suppl. neglig. Prælat. C. cum singula

de præbend. in 6.

[26] Abbas Cap. congregato 53. n. 3., & 4. de elect., & C. gratiam n. 5. 8., & 9. de suppl. neglig. Præl.

[27] C. quia propter C. cum terra de elect., & C. 2. eod. in 6.

non modo numerus , sed & sapientia , & zelus electo faveat : nisi duplo superetur pars melior a majore ; tum enim vincet pars major . Quæ tamen , si scienter elegerit indignum , tum dolus eorum electo nocebit ; isque præferetur , quem pars melior , & minor dederit . [28] Per compromissum fit Electio , cum Capitulum omne jus suum transfert in alium , sive ex suo corpore , sive extraneum , vel in plures , ut illius , aut eorum sit arbitrium eligere , [29] qui arbitri ad eligendum sumti , mandati formam observare coguntur , si quidem Electionem factam velint subsistere . [30] Impeditur Electio per appellationem , quæ non præcedere potest Electionem , si non eo intendatur , ne Electio fiat omnino ; verum ad eum tantum finem interponatur , ne fiat contra Canonum præscriptum . Ut autem appellationes ab Electionibus recte procedant , expondæ sunt objectiones in instrumento publico ; eaque jurejurando confirmandæ tactis Evangelii . [31] Quæ forma requiritur in appellationibus extrajudicialibus , non in judicialibus , ubi difficilius fraudes obrepunt . [32] Cæterum , ne , sublatis electionibus , quidquam utilitatis earum desideretur , S.C. Trid. novam viam

B 2 aperuit ,

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>(28) C. Ecclesia vestra 57. eod.
C. si quando de elect. in
6. C. congregato , ubi
Glossa de elect.</p> <p>(29) C. causam 8. C. cum in
causis 30. C. cum in jure
33. C. cum in veteri 52.</p> | <p>C. quia propter , ubi
Abbas de elect.</p> <p>(30) C. cum dilectus , ubi Ab-
bas eodem .</p> <p>(31) C. ut circa de electione
in 6.</p> <p>(32) C. Constitutio eod. in 6.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|


aperuit, qua per examen ad perfectam cognitionem perveniatur illius, quem Summus Pontifex creatus est Episcopum. [33] Cujus examinis plenior forma traditur ab Urbano VIII. in Constitutione, quam invenies apud Nicolaum hoc tit. Peracto autem hoc examine, probationes collectæ, actusque omnes traduntur uni ex Cardinalibus, ut ea in Consistorio ad Summum Pontificem referat; quæ præconizatio dicitur: posteaque in altero iudicium de promovendo fertur, quæ dicitur præpositio, quam sequitur decretum, quod a Summo Pontifice, consultis Cardinalibus, interponitur. Ac forma quidem C. *quia propter* complectitur tam Electiones Episcoporum, quam Præsulum Regularium: de quibus specialia quædam sanciuntur a Conc. Trid.: [34] nam vetuit publicari eligentium nomina, jussitque, ut major tantum numerus prævaleret: nam, suppressis nominibus, ignoratisque meritis eligentium, tantum numerus cum numero, non merita cum meritis conferri queunt. Eodemque Cap. S. C. Trid. in electione regularium sublatæ censentur Electiones per inspirationem, & per compromissum, ut Sacra Congregatio declaravit. (35) Cavit item Sacra Congregatio, ne Abbatissæ, aut Priorissæ, aliæque Monialium Præfectæ creantur, nisi quadragenariae, & quæ octennium saltem Religiosæ Professio-
nis

(33) Sess. 24. C. 1. de reform. | (35) Apud Nicolaum tit. de
(34) C. 6. sess. 25. de Regular. | elect. n. 6.

nis exegerint; vetuitque, ne Episcopus, aut qui ejus mandatu præst electionibus Monialium, Claustra earum ingrediatur, sed jussit, ut e fenestella suffragia colligat, & præsit Electionibus. Sacra item [36] Congregatio Cardinalium cavit, ne in electionibus Præfectarum Monialium Provincialis Ordinis, aut aliis quivis regularis virilis sexus suffragium suum misceat. In Italia non licet Abbatissas eligere, nisi ad triennium: neque eam, quæ electa jam fuit, iterum eligere permittitur, nisi triennium aliud ab officio vacaverit. [37] Viciarius item Capitularis secretis suffragiis, perinde ac Prælati Regularium, est eligendus. Specialia vero, ut ejus potestatis summittatem decet, recepta sunt circa Romani Pontificis electionem, quæ præcipuo libello continentur, ubi Canones, & Constitutiones omnes, sive veteres, sive recentiores huc spectantes concluduntur, ut supervacuum, longumque sit ea referre.

(36) Die 7. Martii 1677.

| (37) Nicol. tit. de elect. n. 21.



B 3

QUI

Qui eligere , elige possint.

T I T U L U S V I L

CAUSÆ omnes , quibus eligendi potestas auffertur , vel ad naturam referuntur , vel ad legem . Natura prohibentur impuberes ob inopiam consilii . [1] Lege vero excluduntur , qui excommunicatione majori tenentur , & qui non a Canone , sed ab hominis potestate suspenduntur , sive ad tempus prohibentur fungi munere suo ; item , qui dicuntur irregulares , hoc est ordinis exercitium amiserint , & consequenter jus suffragii annexum ordini . [2] Sunt vero aliquot , qui eligendi facultate non perpetuo , sed ad tempus destituuntur : quales sunt , qui inter eligentes suffragia laicorum admiserunt , quæ dicitur *Electio per abusum secularis potestatis* , ex qua electio irritatur . [3] Item , qui formam contentram in cap. *quia propter* contemserunt , & qui prohibitos per Canoness elegerunt , veluti minorem , illegitimum , infamem , [4] qui omnes suffragio quidem ea vice , per triennium vero Ecclesiastici sui munieris

(1) C. ex eo 3, de elect. in 6.

(2) C. is , cui de sent. excom.

Felin. ad cap. Apost. n.

26. v. dum autem dici-
tur de excep. C. illa quo-

tidiana 39. ubi DD. C.

fin. de procur. C. ult. de

Cler. excomm. minist.

(3) C. quisquis 43. de elect.

(4) C. cum in cunctis de elec.

meris exercitio carent ; [5] & si pars eorum elegerint dignum , ad eos omnis eligendi facultas transit , si vero indignum elegerint omnes , tum electio devolvitur ad Superiorem . Præfulem ex ordine potestatis . [6] At si elegerint inhabilem , qui erat postulandus , & integrandus a Summo Pontifice , antequam eligeretur ; tum itidem , si pars eorum illa electio ne abstinuerint , omnis ad eos , qui abstinuerunt , eligendi facultas migrat ; si elegerint omnes , facultas devolvitur ad Superiorem , a quo electum postulare debebant . [7] Ut vero quis creetur Episcopus , exiguntur justa ætas , nempe XXX. annorum [8] absolutorum , justique , & legitimi natales , [9] & sana religio , & morum virtus , & idonea scientia , [10] ut Doctor , vel Licentiatus saltem in Theologia , vel Jure Canonico publicæ alicujus Academiæ testimonio perhibeat . [11] Unde rejiciuntur criminosi , hæretici , schismatici , excommunicati ; & qui scienter elegit indignum , eligi per triennium ipse vetatur . (12) Rejicitur , qui saltem sex ante menses , quam eligatur , sacros Ordines non suscepit , [13] & qui aliam Ecclesiam , aut alicujus beneficij curati titulum

B 4

retinet ,

(5) Dict. C. §. ult.

(6) Gloss. C. perpetuo 7. de elect. in 6.

(7) C. bona 23. de elect.

(8) Const. Gregorii XV. 15. Maii 1593.

(9) C. cum in cunct. de elect.

(10) C. cum nobis 19. eod.

(11) Conc. Trid. sess. 22. C. 2. de reform.

(12) C. cum in cunctis C. cum Vincetonensis C. per inquisitionem de elect.

(13) Conc. Trid. sess. 22. C. 2.

retinet, nisi dimittere velit. [14] Ad Parochialem autem Ecclesiam, sive in titulum, sive in commendam administrandam nemo idoneus reputatur, nisi XXV. attigerit annum, & facros Ordines intra annum fuscipiat. [15]

De Postulatione.

T I T U L U S VIII.

POstulatio est ejus, qui non aliquo corporis, aut animi vicio, sed ex aliquo Canonico impedimento eligi nequit, concors a Capitulo apud majorem potestatem facta petitio. Eaque duplex est, simplex, & solemnis. Simplex est, cum eligendus est aliquis, quem eligere non licet sine consensu ejus, cui subest: ut si eligere velint Monachum, qui opus habet Abbatis sui venia, quæ electio confirmatione indiget; cum ea non indigeat postulatio solemnis. Postulatione enim a S. Pontifice admissa, is, qui postulatur, pro electo, & confirmato habetur. (1) Unde postulatio solemnis est, per quam apud Superiorem potestatem petitur remissio alicujus canonici impedimenti, quo persona postulata irretitur. Nam præter eos, qui neque eligi, neque postulari queunt,

(14) Conc. Trid. sess. 7. C. 2.

mo ibid.

(15) C. cum in cunctis §. infra-
riora de elec^t. C. licet
can. eod. in 6., & C. ne-

[1] Abbas C. 1. in rub., &
Colum. ult. n. 34. de
postulat.

queunt, sunt, qui, etsi eligi non possunt, possunt tamen postulari, ut elegantur, qualis est Episcopus, qui ad alium Episcopatum poscit, aut qui justam æstatem non habet, nempe minor XXX. ; nam qui minor sit XXVII. ne postulari quidem Episcopus potest : sicuti neque ullus ex ordinibus mendicantium . (2) Fiet & postulatio per scrutinium, constareque debet omnibus, aut majori parte suffragiorum: & si pars postulaverit aliquem, pars vero elegerit, tum postulatio electioni præfertur, si numerus postulantium duplo excedat numerum eligen-
tium : (3) queritur jus postulato, ex eo die,
quo eam admisit superior potestas ; sine cuius
consensu eam jam Superiori oblatam non li-
cet revocare. [4] Non minus vero postulatio
examinanda est, quam electio , eandemque
exigit formam ; (5) is autem Superior adiri
debet a postulantibus , qui jus habet confir-
mandæ electionis [6].

[2] Cap. dispendiis extrav.
comm. de postulat.

[3] Cap. scriptum de elect.

[4] C. bonæ, ubi Host., &

[5] Abbas in Cap. quia pro-
pter col. 3. de elect.

[6] Abbas C. 11. n. 10. hoc
tit.

Abbas de postulat.



DE

De Confirmatione Electoris.

T I T U L U S IX.

QUAMVIS olim pro electionis confirmatione adeundus erat proximus Superior, puta pro confirmatione Episcopi, Archiepiscopus; nunc tamen, sepositis mediis potestatibus, aditur tantum Summus Pontifex. Igitur electio facta offerri statim debet electo, cui mensis ad deliberandum datur: intra quem, si non consenserit, amittit jus omne sibi ex electione quæsumum, & ad aliam electionem aperitur via. (1) Electus vero, si adsentiat, ex Nicolai III. constitutione, vel ipse, vel ejus mandatu aliis (2) ad Sedem Apostolicam iter intra mensem arripere debet, sumto tempore ad itineris longinquitatem necessario. Confirmationem autem præcedet ante Superiore examen, tum circa formam electionis, tum circa personæ merita exigenda ad præscriptum Conc. Trid., [3] & Constitutionis Gregorii XIV. incip. *Onus Apostolicae*. Regulariter ante impetratam confirmationem jus non est electo se immiscere negotiis ullis ejus Ecclesiæ, ni quæsito jure velit excidere.

[1] Cap. cupientes 16. in | ubi Gloss. v. *conditio*.
 princ. , & §. cæterum de | [2] C. nihil §. cæterum de elect.
 elect. in 6. C. quam sit, | [3] C. 1. sess. 24. de reform.

excidere. [4] Accepta vero confirmatione, oblatoque testimonio litterarum, quibus ea continetur, electo, priusquam consecretur, licet exercere tantum ea, quæ sunt jurisdictionis. [5]

De Consecratione.

T I T U L U S X.

IN electum ea, quæ sunt ordinis, Consecratione transferuntur. Peragenda est autem Consecratio, ex Conc. Nicæno, ab omnibus, aut tribus saltem Provinciae Episcopis jussu Archiepiscopi, aut rectius ab ipsomet una cum omnibus, aut duobus saltem suffraganeis; ac, si ordinandus sit Archiepiscopus, adesse debent suffraganei omnes, aut saltem tres eum ordinatur; at, si non nisi unus in Provincia inventiatur Episcopus, duo saltem e finitimis arcessentur. [1] Exempti vero, quique soli Apostolicæ Sedi subjiciuntur, vel ab ipso Pontifice, vel a tribus Episcopis jussu Summi Pontificis consecrantur. Post Consecrationem autem omnia, quæ habebat Episcopus, beneficia vacant. (2)

Tempus

[4] C. avaritiâ de elect. in 6.

[5] C. accedentibus de excess.

prælat., ubi Abbas n. 4.

C. injunctæ extrav. com.

de elect.

[1] Can. Apostolica can. mos

antiq. dist. 65. can. Epi-

scopi dist. 64. per totam

can. Ocius dist. 65. Cap.

Archiepiscop. 6., & seq.

de ordin.

[2] C. cum in cunctis §. cum

vero. de elect.

Tempus autem, intra quod ex Sac. Conc. Trid. præcripto (3) electus Episcopus est consecrandus, sunt tres menses, quibus elapsis, si consecrati non inveniantur, perceptos fructus amittent, delatas ipsas Ecclesias ipso jure amissuri, si tres alios ultra menses Consecrationem protraxerint. Celebrandaque est Consecratio in ipsa, cui præesse debet, Ecclesia, vel in Provincia, ubi ei commodum fuerit, si actus hic exercendus sit extra Romanam Curiam: solemnis Consecrationis dies est Dominicus, hora tertia, qua tecum Spiritum Sanctum e Cœlo delapsum: [4] præmittique debet antecedenti die jejunium, tam a consecraturo, quam a consecrando observandum, qui item consecrandus initio ejus actus religionis, & morum examen subire debet; [5] posteaque adhibetur ea Consecrationis forma, quæ præscribitur in Concilio Carthaginensi IV., [6] hoc nempe ritu. Duo Episcopi Evangeliorum Codicem super humeros, & cervicem ejus, qui consecratur, impositum tenent, & unus, qui primas inter duos Episcopos sibi adjunctos agit partes, fundit super eo benedictionem; aliis caput illius manu tangentibus, ac solemibus precibus adhibitis, ejuidemque capite, ac manibus Sacro Chrismate delubitis. Quibus omnibus peractis juramentum fidelitatis Gregorii VII.

[3] Sess. 23. C. 2. de reform. | [5] Can. qui Episcop. 2. dist.

[4] C. ordinationes Episcop. | [6] Can. Episcopus ead. dist.
ubi Glos. dist. 75. | 23.

VII. verbis conceptum Pontifici Romano pre-
statur. [7] Abbatibus autem Consecrationis
loco benedictio tribuitur. [8] Abbatissæ, si in-
tra annum a Consecratione sua benedictionem
petere negligent, excedent omni jure, quod
adquisiverant.

De receptione, & auctori- tate Pallii.

T I T U L U S XI.

PAllium, quod in tanta suæ originis obscu-
ritate aliqui putant, fuisse torquem, &
ornamentum Imperatorum, nunc inter insignia
sacra relatum, (1) est humerorum amiculum
ex agni lana candida, demissum e collo ad pe-
ctus, & humeros, per quatuor fasciolas utrin-
que pendentes, cujus extremis nigræ crucis
intexuntur: significans pastoralis officii pro ovium
salute sollicitudinem, [2] & amplitudinem po-
testatis: cum sit proprium insigne Metropoli-
tanorum, sumtum ex Altari, ubi conditur B.
Petri corpus; adeo ut ex eodem B. Petri cor-
pore sumtum vulgo dicatur. [3] Idque ita de-
scribitur.

[7] C. ego de jurejur.

[8] Clem. 2. §. statuimus de
statu monach. C. 1. de
suppl. neglig. Prælat.

[1] Polydor. virg. de invent.

rer. lib. 4. C. 12.

[2] Pelusiot. lib. 1. Epist.

136.

[3] C. significasti de elect.

scribitur a Sleydano. [4] In die Agnetis Virginis, qui est Januarii XXI. in templo D. Agnetis Romæ, cum in Missa imploratur Agnus Dei, super Altare ponuntur agni duo candidi, postea traduntur Basilicæ D. Petri Subdiaconis; hi mittunt illos in pascua, suoque tempore tondent, ex eaque lana permista reliquæ lanæ, cum in filum deducta fuerit, parantur Pallia. Latitudine sunt ad tres digitos, ab humeris propendent in pectus, atque renes: ad extremum sunt laminæ plumbeæ tenues ejusdem latitudinis; ad hunc modum contextæ deferuntur ad corpora D. Petri, & Pauli, ac certis ibi precibus expeditis relinquuntur per noctem unam: altero die Subdiaconi recipiunt, & honesto loco diligenter asservant.— Episcopis Pallium non convenit, nisi ex privilegio admodum paucis: nempe Hostiensi, Papiensi, Lutensi, Quinqueecclesiensi, Bambergensi. (5) Pallio autem Archiepiscopale munus adhæret, ut ne nomen quidem quis Archiepiscopi mereatur, antequam Pallium receperit, [6] sine quo prohibetur Concilium Provinciale convocare, Chrisma confidere, consecrare Episcopos, aliaque gerere, quæ cum Missæ sacrificio sunt obeunda; [7] et si possit Episcopis aliis sibi subiectis permettere, ut suffraganeum consercent.

[4] Lib. 3. commen. anno

1541.

[5] Vid. Vallens. h. tit. §. 1.

n. 6.

[6] C. nisi de auctor., & usu

pallii.

[7] Host. in summ. h. tit. C.
quod sicut 18. §. præterea C. significasti 3. de
elect. dist. 100. per tot.

crent. [8] Petendum Pallium est intra tres menses a Consecratione , & quidem enixis precibus , neque illius concessio est aliqua criminis objectione retardanda ; nisi accusatores se pœnisi, si fefellerint, offerentes, crimen intra duos menses promiserint probaturos: [9] dandoque Pallio, fidei , & obedientiæ juramentum erga Summum Pontificem ab Archiepiscopo exigitur. [10] Porro solus Summus Pontifex, ut-pote cuius jurisdictione in omnem orbem terrarum effunditur, Pallio ubique utitur, & semper ; cæteri nonnisi suæ intra jurisdictionis fines, statis, certisque diebus , in solemnni missarum celebratione; nempe in Christi die natali, die festo Sancti Stephani , Sancti Johannis , Circumcisionis Domini , Ephiphaniæ , Palmarum , in Cœna Domini, Sabbatho Sancto , tribus diebus Resurrectionis, Pentecostes, in festo Sancti Johannis Baptizæ , & omnium Apostolorum , in tribus diebus festis B. Mariæ , in Commemoratione omnium Sanctorum , in dedicatione Ecclesiarum , in præcipuis festis diebus Ecclesiæ Archiepiscopalæ , in ordinatione Clericorum , in Consecrationibus Episcoporum , & in diœ anniversaria , quam celebrat Archiepiscopus propriæ Consecrationis. [11] Cæterum ipsam Archiepiscopi personam , eandem que

[8] C. suffraganeis de elect.

[9] Extravag. comm. malitiis de auct.

[10] Can. optatum dist. 100.

[11] C. ult. de fer. C. pronun-

ciandum de Consecr. dist.

3. Gloss. C. ad honorem

v. ad honorem de au-

torit., & usu pallii C. 2.

eod.

que Ecclesiam Pallium non egreditur ; adeo ut neque alteri sit commodandum , & cum eo simul sit humandum ; & si mutet Ecclesiam , pro nova Ecclesia novum sit , tam ei , quam successori suo impetrandum .

De vita , & honestate Prælatorum .

T I T U L U S XII.

PRæter communes virtutes , quibus abundare oportet Episcopum , sunt & præcipua quædam , quæ munus suum comitantur . Etenim non solum ipse criminibus vacare debet Episcopus , sed quamlibet aliorum offensionem , sive , ut ajunt , scandalum , & suspicionem declinare : ne per eum alii deteriores reddantur , per quem deceret fieri meliores . Unde effugere debet & criminosos , ne suo commercio vitam eorum adprobare censeatur : & ne fibi reverentiam ipse minuat , frequentiam quoque aliorum , ac nimiam familiaritatem vitabit . Temperabit vero mansuetudine potestatem , prudentiamque , ac dexteritatem ad concordiam , & conciliationem dissidentium animorum adhibebit , pacem litibus anteponens . [1] Opes ad pauperum levamen , & ad excipiendos hospites , non ad inanes sumptus conferet . Tempus , quod ei

[1] C. licet plerunque dist. 45.

ei superstes, vel orando, vel concionando traducet. Severitatem charitate mulcebit. Indumenta culta, & munda sumat; quæ luxu simul careant, & sordibus, ut invidiam pariter, & contemptum caveat. Eoque gestu se, atque habitu oris proferat; ut condita in animo virtus exterioribus signis ad aliorum imitationem explicetur. [2]

De officio Archidiaconi.

T I T U L U S XIII.

Archidiaconus est Episcopi Vicarius a jure constitutus, oculus etiam Episcopi appellatus, [1] propter latam administrationem, & in rebus gerendis potestatem: quam oportuit postea, utpote suspectam, & ipsimet Episcopo periculosa, extenuare, divisa potestate in Vicarium, quem appellant Generalem, qui ab ipsomet Episcopo mandatam habet jurisdictionem. Prisca enim temporibus, exceptis Sacramentalibus muneribus, omnia sub Archidiaconi potestate manebant, qui ob auctoritatem rerum gerendarum, & jurisdictionem Archipresbytero antecellit, quamvis hic ordine praestet; cum ille non ascendet supra ordinem Diaconorum. Nunc autem, creatis Vicariis,

C Archi-

[2] Dist. 40. per tot. clem. 2. | [x] C. 1. C. ad hoc de off.
de vita, & honest. Prael. | Archid.

Archidiaconi manus depresso est, ac varie mutatum pro consuetudine locorum: ut de jure communi, ubi non obstat præcipua consuetudo, partes illius sint hæc, quas referemus, dum simul, quid ad hoc munus exigatur, explicabimus. Ac primo ex S. C. T. requiritur, ut promovendus ad Archidiaconatum ætatem habeat XXV. annorum, [2] sitque dimissus, vel, ut vulgo ajunt, licentiatus e studiis vel Theologiaz, vel Juris Canonici. (3) Dum autem res divina solemniter peragitur, Archidiaconi est munera sacra in Ecclesia Diaconis, & Acolytis tribuere, & Episcopo celebrante Evangelium prælegere, aut alteri Diacono mandare prælegendum. Ejus item est Episcopo absente, ac probante, tertio quoque anno Iustrare, sive visitare Diœcesim, & Parochiam annis singulis, ut minores errores corrigat; majora vero crimina rejiciat ad Episcopum. [4] Ad Archidiaconi quoque curam pertinet examinare vocatos ad Ordines sacros, vel ad curam Ecclesiarum Diœceseos, quos ille sistit, & offert Episcopo: (5) item & custodire opes Ecclesiæ, atque immittere in possessionem eos, quibus beneficia conferuntur. [6] Prohibetur tamen excommunicare, [7] litteras dimissorias

[2] C. cum in cunctis §. inferiora de elect.

[3] C. T. sess. 23. C. 12.

[4] C. 1. ubi Gloss. de off. Archid. vers. de tertio C.

mandamus. C. ad hæc eod.

[5] C. ut nostram eod.

[6] C. 5. h. tit. C. licet de peenis C. dudum de elect.

[7] C. significasti h. titi

rias ad ordines suscipiendos dare, [8] Monasteria visitare. Etsi vero propter dignitatem ordinis, ut diximus, in re divina peragenda præcedat Archipresbyter Archidiacono: si tamen hic, quamvis Diaconum profiteatur, sit etiam Sacerdos, tum, quia ordine par est Archipresbytero, & jurisdictione major, etiam in celebratione Sacrorum præferetur. [9]

De officio Archipresbyteri.

T I T U L U S . X I V .

AArchipresbyter est Caput Sacerdotum, qui vocantur Presbyteri, sive seniores; si Episcopo absente, locum subit illius in re divina facienda, sive celebranda Missa, aliisque divinis officiis: dictus Archipresbyter urbanus, si munus hoc exerceat in Cathedrali, sive in Civitate; ruralis vero in minoribus Oppidis appellatur, sive Decanus, quod decem præficit rura impletibus Clericis. [1] Archipresbyteri munus est peragere sacrum, & administrare Sacra menta, vel alii peragenda, & administranda mandare, dum ne rem sacram mandet

C z in

[8] C. ult. h. tit.

[9] Vid. apud Nicol. h. tit. decretum S. Rituum Congregationis, & Rotæ in una Viterbiensi. de celebr.

miss. 11. Decembr. 1609.

[1] Cap. 1. de offic. Archipresb. C. penult. eod. C. ad hec 7. de off. Archidiacon.

in fraudem primæ dignitatis; [2] docete item rectam vivendi normam Sacerdotes, & pœnitentem infirmum consulto Episcopo conciliare: [3] prout late fuit explicatum a Sacra Rota in decisione, quam affert Barbosa; (4) habetque in subiectos suos admonendi, non coercendi potestatem, nisi Episcopo jubente.

Tam autem Archidiaconus Diaconatum, quam Archipresbyter Sacerdotium intra imperati muneris annum impetrare debent. [5]

De officio Vicarii.

T I T U L U S X V.

INvaluit sæculo præsertim XII. consuetudo creandorum Vicariorum, qui & Officiales appellantur, & Vicarii generales. Neque ex laicis, [1] neque ex ordine mendicantium licet sumere Vicarium, [2] neque ex Clericis conjugatis, [3] neque ex minoribus XXV. annis, [4] neque ex consanguineis Episcopi, ut Sacra

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>[2] S. Congr. apud Barbos.
de can., & dignit. C. 5.
n. 46., & seq.</p> <p>[3] C. ut singulæ. C. ministerium: C. officium de
off. Archip.</p> <p>[4] De Canon., & dign. C.
6. n. 32.</p> <p>[5] Clem. i. de æstat., &
qual. C. i. dist. 60.</p> | <p>[1] C. in novam 16. q. 7.
[2] Clem. et si 2. v. ad prioratum de rescript. Rebus.
in praxi tit. de Vicariis
Episcop. n. 30.</p> <p>[3] C. 2. de cleric. conjug.</p> <p>[4] C. cum in cunctis 7. §.
inferiora de elect. Vail.
h. tit. §. 3. neque.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Sacra Congregatio respondit in una Tarentina
 6. Aprilis 1655. In constitutum autem Vi-
 carium transit omnis jurisdictio, sive spiritua-
 lis, sive temporalis, quæ jure ordinario com-
 petit, excepta collatione beneficiorum, quæ
 vi generalis commissionis non transfertur, &
 facultate recipiendarum resignationum; item
 facultate cogendæ Diœcesanæ Synodi, Diœce-
 sis visitandæ, dimissorias dandi, res Ecclesia-
 sticas alienandi, feudales cauſſas cognoscendi,
 recipiendi juramentum Episcopaliū Vassallo-
 rum, indulgentias concedendi, & ea, quæ sunt
 Episcopalis ordinis, exercendi. Excipiuntur
 etiam a generali mandato, quo Vicarius con-
 stituitur, omnia, quæ competit Episcopo jure
 speciali; item, ex multorum sententia, cognitio
 cauſſarum matrimonialium, [5] & cauſſarum
 criminalium ultra inquisitionem, & levem
 coercionem. [6] A Vicario autem generali
 ad Episcopum non appellatur, quia cum eo
 constituit unum tribunal; cumque mandatam
 habeat jurisdictionem, fungitur vice mandan-
 tis, ideoque videretur ab Episcopo ad eundem
 Episcopum appellari. Extinguitur Vicarii ju-
 risdictio, si Episcopi jurisdictio extinguitur,
 sive morte, sive captivitate, sive pœna, &

C 3

deni-

[5] C. accendentibus 12. de excess. Præl. Conc. Trid. de reform. sess. 24. C. 20. | [6] C. penult. de officio Vicarii ibid.

denique voluntate Episcopi, si eum amoverit, aut ipsius Vicarii, si munus deposuerit. Est & aliud genus Vicariorum cum aliqua jurisdictione, qui appellantur Foranei, quiue ab Episcopo constituuntur in minoribus Oppidis; cum Generalis ubique adesse non possit. Hi propter locorum distantiam separatum ab Episcopo tribunal habent, ideoque ab iis ad Episcopum appellatur. Sunt & Vicarii, qui in divinis, nempe in Sacramentorum administratione loco Parochi, vel occupati, vel absens, dicuntur constituti ad tempus, vel in perpetuum, prout necessitas postulat, cum congrua fructuum portione, approbante Episcopo, ex ipsius Parochiæ redditibus detrahenda. [7] Sunt item Vicarii, qui Apostolici nuncupantur, ab Urbe missi, ut administrent vice Episcopi, vel absens, vel rei alicujus gravis criminis, vel aliam necessariam ob causam.

De Coadjutore.

T I T U L U S XVI.

Episcopis aut ægrotantibus, aut furentibus, aut alia justa ratione administrandæ Ecclesiæ facultate carentibus dabatur olim perpetuo, nunc autem, ne commoveatur desiderium alienæ mortis,

[7] Conc. Trid. C. 7. sess. 7. de reform. sess. 25. , &

16., & sess. 23. C. 1. cum concordan.

tis, datur ex Conc. Trid. ad tempus Coadjutor, qui perinde, atque ipse Episcopus titularis in Ecclesia resideat, attributa ei certa frumentum portione, si utrique sufficient; sin minus, pro Coadjutore remanebunt ii fructus, qui supersunt ex necessaria substantiatione coadjuti, ac si Coadjutori satis non sit, quod deest, ex Parochianorum substantiis, aut alicunde supplebitur.

Quod si evidens Ecclesiæ utilitas perpetuum Coadjutorem postulet, causa cognita a Summo Pontifice concedetur.

De Chor episcoporum usu sublato.

T I T U L U S XVII

Chorepiscopi, sive Episcopi locorum erant, qui in eadem Diœcesi gerebant in minoribus Oppidis munus Episcopi in majori Civitate manentis, cum potestate quidem Presbyterali majore, minore vero Episcopali: nam tantum minores ordines conferebant, non vero sacros, & a gravioribus negotiis abstinere debebant. Sed cum intra suæ potestatis fines non se continerent, & Episcopalem auctoritatem perturbarent, evenit, ut is ordo primum ex Oriente, postea ex Occidente tolleretur, ac tandem sub Carolo Magno, & Leone III. ab Ecclesia prorsus exularet.

C 4

DE

De Translatione.

T I T U L U S X V I I I .

Spirituale Conjugium, quod inter Episcopum, & Ecclesiam contrahitur, solvitur per translationem ejusdem ad aliam Ecclesiam, cum qua novum conjugium initur. Transfertur autem Episcopus a Summo Pontifice ad aliam Ecclesiam justis ex causis: nempe si praesens Ecclesia eversa sit ab hostibus, ita ut nihil Episcopo administrandum supersit, vel, si Episcopus ita meritis præcellat, ut sit ad majoris Ecclesiæ regimen utilior. [1] Adeo autem pendet a Summi Pontificis potestate translatio, ut, si sine illius auctoritate quis mutet Ecclesiam, non novam modo, sed & veterem, quam regebat, amittat; [2] &, si consenserit Pontifex, ut Episcopus transferatur ad Ecclesiam majorem, non possit transferri ad minorē: [3] vacatque prior Ecclesia statim, atque, adprobante Pontifice, quis Episcopus translationi consenserit. [4] Et hæc de majorum; nunc de minorum beneficiorum permutatione tractemus. Minora beneficia Episcopi, cuius in loco sita sunt, auctoritate permutantur, adeo ut, si sub diversis Diœcesibus sint, cuiusque

[1] C. suas 35. 7. quæst. 1.

[2] C. 3., & C. 1. de transl.

Episcop.

[3] C. licet eod.

[4] Piring. h. tit. §. 3.

que Diœcœsos Episcopi consensus exigatur. [5] Est autem permutatio mutua beneficiorum dimissio , sive resignatio , ut alter alterius dimittentis beneficium consequatur . Unde , si alius resignare nolit , alter , qui ante resignavit , ne sua simplicitate capiatur , posset ad resignatum beneficium redire : [6] ac , si neglecto Episcopi consensu , aliqui permutent , beneficia per sententiam judicis amittent . [7] Antequam autem permutationem Episcopus permittat , cognoscere debet cauñas , propter quas petitur , & exigere consensum eorum , qui jus habent vel conferendi , vel eligendi , vel præsentandi ad beneficia , de quibus agitur : itemque cavere , ut in Ecclesiis permutatio publicetur , illudque omne servetur , quod a Gregorio XIII. præscribitur . [8] Dum autem spirituale cum temporali non commutetur , omnia beneficia licebit inter se permutare , etiam si Curatum cum simplici permutetur . [9] Excipiuntur beneficia unita , hoc est , quæ cumulata inveniuntur aliis Ecclesiis in tempus futuræ vacationis , ne fraus fiat Ecclesiis , in quarum incrementum ea unio cedit . Item excipiuntur beneficia summo Pontifici reservata , quorum permutatio sine Summi Pontificis consensu

[5] Andreas Gammar de rer. perm. sive in C. 1. eod.

[6] in 6. n. 33. , & seq.

[7] C. cum olim 7. de rer. permut.

[8] In Const. incip. humano judicio.

[9] C. cum venerabilis , ubi DD. de except.

sensu non permittitur, & tandem beneficia litigiosa, propter vetitam rei litigiosæ in alium translationem, pendente judicio. [10]

De Renunciatione.

T I T U L U S X I X.

Renunciatio, sive resignatio beneficiorum est proprii juris voluntaria dimissio certis ex causis ex auctoritate superioris. Quod a priscorum sæculorum severitate alienum, frequentari cœpit sub Alexandro III. justis allatis causis. [1] Duplex est autem resignatio, tacita, quæ a jure ipso inducitur, cum quis Clericus aut nuptias contrahit, aut beneficium suscipit, priori repugnans, sive incompatible, ut vocant, cum altero, quod habebat: nam utroque casu beneficium vacat: quia neque nuptiæ simul cum beneficio, neque duo beneficia incompatibilia in eandem personam cadere possunt. [2] Expressa est, quæ fit verbis dimittendi animum declarantibus; quæ item vel pura est, sive conditione vacans, ubi nihil renuncianti ex eo beneficio reservatur, quæ fieri potest coram legitimo superiore, etiam si non sit Papa; vel conditionalis, quæ Pontificis

[10] Piring. in decretal. de rer. perm. §. 40. [12] C. de multa 28. de præb. C. diversis de Clericis [1] C. 10. de renunciat, conjug.

tificis auditoratatem requirit, [3] ut si quis velit retinere aliquid ex beneficio dimisso, vel, si dimittit, alicui a se demonstrato conferatur, aut si dimittendo exceperit, ut mortuo eo, in quem beneficium destinat, liceat renuncianti ad beneficium redire. [4] Licet autem a se abdicare omnia beneficia, etiam Pontificatum Maximum, ut Cœlestinus proprio exemplo, & successor ejus Bonifacius VIII. sua constitutio ne fancivit. [5] Non licet autem dimittere beneficia majora, nempe maiores dignitates, & Abbatias exemptas, sine permisso Pontificis, qui sequentibus ex causis assentitur: nempe ex conscientia criminis a dimittente admissi, propter quod, etiam peracta pœnitentia, est ei munere carendum. Deinde ex imbecillitate corporis, qua pastoralia officia impedianter: præterea ex pervicacia plebis sibi subjectæ, quæ ad parendum cogi nequeat; & ex gravi offensione, sive scandalo, quod vitari sine Ecclesiæ dimissione non possit; necnon ex summa Præ sulis imperitia, & tandem ex irregularitate ab injustis natalibus procedente, [6] quæ omnia breviter his comprehenduntur versibus.

*Debilis, insanus, male conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere
possit.*

Minora

[3] Const. 58. S. Pii V.

p. 11. C. 3. §. 2. n. 152.

[4] C. quam pio. 1, q. 2. C.

[5] C. 1. de renunc. in 6.

cum pridem C. ult. de
pactis. Garzia de benef.[6] C. nisi cum pridem 10.
de renunc.

Minora vero beneficia curata recte dimittentur coram Episcopo, dum ne dimittantur intra triennium a capta illorum possessione, ac dummodo accedat aliqua ex caussis, quæ in S. Pii V. constitutione præscribuntur, [7] quæ similes sunt fere superioribus. Nulla porro resignatio valebit, si resignans, sive validus, sive infirmus, ante diem vigesimum a facta resignatione decesserit; quod ex Regula XVIII. Cancellariæ proficiuntur. Neque, si de beneficio jurispatronatus agatur, sine patroni consensu resignatio subsistit. [8] Præterea inutilis est resignatio beneficiorum litigiosorum ex caussa superius adducta, & beneficiorum unitorum, antequam unio effectum consequatur. [9] Item beneficiorum in commendam datorum, donec tradantur in titulum, & pensionem Ecclesiasticam, ne illarum vacatio differatur. [10] Inutilis est etiam resignatio in alterius fraudem intenta. Denique nulla beneficiorum Episcopatu minorum resignatio subsistet, nisi ex præscripto Constitutionis Gregorianæ publicetur. [11] Resignamus etiam per procuratorem, sive unum, sive plures; sive clericum, sive laicum, dummodo facultas resignandi, cum certi beneficii demonstratione mandato scriptis tradito

con-

[7] In Bulla, quæ incipit
quanta.

[8] Piring. tit. de renunc.
sect. 6. §. 1.

[9] Conc. Trid. fest. 23. C.

[10] 18. de reform.
Piring. h. tit. sect. 2.

C. 2.

[11] Constit. Gregor. XIII.
incip. humano vix jud.

contineatur. [12] Ubi autem renunciandi facultas fuerit impetrata, non est amplius pœnitentiæ locus, [13] quamvis ad renunciatum beneficium liceat ex nova caussa, novaque im- petratione redire; [14] sicuti Episcopo fas est repetere Ecclesiam, quam hostium metu, vel ob valetudinem monachismo suscepto reliquit, si caussæ istæ cessaverint. [15]

De Depositione, seu Degradatione.

T I T U L U S X X.

Exemplo exauctorationis militaris, quæ, de tracto cingulo, quod erat insigne militiæ, peragebatur; etiam Ecclesia, quæ pia, & cœlestis militia est, clericorum, sive militum suorum exauctorationem induxit, quam depositionem, sive degradationem appellamus, in qua clero detrahuntur insignia clericalia singularum, quos suscepit, ordinum a Summo ad novissimum, conceptis verbis, quæ sententias continent oppositas formulis illis, quibus singulari ordines conferuntur, turbata etiam clericali corona per capillorum abrasionem: ut ademtum ei appareat exercitium omne, quod accepit, manente tamen ordinis charætere, ac poter-

[12] Clem. unica de renunc. [14] C. cum inter 2. eod.
[13] C. quidem de renunc. [15] C. post transl. eod,

potestate: [1] quamvis sacerdotali judici , coram quo hic actus exercetur , puniendus tradatur , ad sacerdotalem statum redactus , adjectis precibus , ut quam mitissime tractetur . [2] Olim Episcoporum depositio per XII. Episcopos , Sacerdotum per sex , Diaconorum itidem per tres Episcopos peragebatur . [3] Verum propter convocandorum Episcoporum difficultatem Conc. Trid. [4], Episcoporum degradatione in priore observatione relictâ de Sacerdotibus constituit , ut sufficiat eis degradandis Episcopus , cui Sacerdos , vel Clericus illé subest , accitis , quod commode fieri possit , Abbatibus Mitræ , ac Baculi jus habentibus . Sed non ex omni criminis funesta hæc solemnitas est adhibenda , sed ex enormibus tantum , ex quibus Clericus sacerdotali bracchio puniendus traditur : nempe hæreseos , [5] falsationis litterarum Apostolicarum , [6] ob calumniam , & conspirationem in suum Episcopum , [7] falsationis monetæ , [8] ob celebrationem Missæ , & auditas confessiones sine ordine sacerdotali ; [9] ob aversam venem ; [10] ob surreptam sacram , in qua Eucharistia

[1] C. quod quidam 5. q. 1.
C. licet 31. q. 7.

[2] C. 2. de poenis in 6. C.
novimus de verb. signif.

[3] Can. felix 15.

[4] C. 4. sess. 23. de re. form.

[5] C. ad abolendam , ubi
Gloss. de hæret.

[6] C. ad falsior. de crim.
falsi .

[7] C. si quis Sacerdotum 55.
q. 1.

[8] Urban. VIII. Const. 1.

[9] Clem. VIII. Const. 81.

[10] Pius V. Const. 72.

charistia conditur, pīxydem. [11] Est & depositio, quæ appellatur verbalis per sententiam judicis in minoribus delictis, per quam neque sacerdotali Clericus traditur, nec privilegia ordinis amittit. [12]

De Sacerdotibus in inferiori ordine constitutis.

T I T U L U S X I .

Proximus Episcopali ordini Presbyteralis est, sive ordo minorum Sacerdotum, quos tum Christus instituit, cum LXX. discipulos creavit; in quorum locum Presbyteri successerunt; minores Episcopis in Apostolorum locum succedentibus. Presbyterorum potestas partim ex ordine trahit, partim ex jurisdictione. Trahit ex ordine Divini Corporis consecrationem, prædicationem Divini Verbi, & infirmorum unctionem. Trahit ex jurisdictione potestatem ligandi, solvendique animas; quod autem jurisdictionis Presbyteri habent, nempe facultatem dimittendi peccata, & retinendi, potest Episcopus arbitrio suo vel inhibere, vel contraherere, sive restringere, vel laxare: præterquam in mortis articulo, quo casu Presbyteri immoriens tem

[11] Innocent. XI. apud Rainer. ab hom. de jud. n. 68.
nald. tit. 2. C. 14. n. 3. [12] C. cum non ab hom. de
Fagnan. in C. cum non jud.

tem liberam habent dimittendorum peccatorum
potestatem. [1]

Invenitur & Presbyterarum nomen , quæ
uxores erant Clericorum ante Presbyteratum
ductæ , post Presbyteratum sororum loco ha-
bebantur : [2] quo etiam nomine gaudebant
vetustiores viduæ sacræ addictæ ministeriis . [3]

De iis, qui sunt in Sacris constituti.

T I T U L U S XXII.

PResbyteris minores gradu sunt Diaconi . Diaconus est idem , ac latine minister : quia olim non modo rei sacræ , sed & civilibus Ecclesiæ negotiis vacabant , instituti ab Apostolis , ut in eos deponerent rerum temporalium curam : ideo priscis temporibus in singulis Urbibus creabantur septem , quia totidem Apostoli Hierosolymis creaverant ; [1] nostris autem temporibus ministeriis tantum sacræ adscribuntur , Sacerdoti sacrificanti , vel alia Sacra menta administranti operam præbentes , & in Missæ sacrificio Evangelium recitantes , [2] urgen-

[1] Conc. Trid. C. 15. sess. de reform. Cucchus inst. major. lib. 17. tit. 16. n.

[2] C. 18. d. 32.

[3] Conc. Carthag. 4.can. 12. C. Diaconi 11. & 12. d. 93. C. Dominus noster

23. §. meminisse ead. d. 25. C. 1. vers. ad Diaconum d. 25.

urgenteque necessitate baptizandi, Eucharistiaeque administrandæ curam suscipientes. [3] His veluti subsidiarii accesserunt Subdiaconi, quorum est munus Diacono ad Altaria subservire, sacra linteæ, vasa, panem, & vinum ad usum Sacrificii necessaria præparare, Episcopo, & Sacerdoti manus in Sacrificio ablentibus aquam effundere, in Missa Epistolam recitare, strepitum, dum Sacra celebrantur, ab Ecclesia prohibere. [4] Cum autem super sacrorum ordinum ætate antiquitas variaverit, C. Trid. decreto [5] definitum est, ut nullus in posterum ordinaretur Subdiaconus ante annum XXII., nec Diaconus ante annum XXIII., neque Presbyter ante annum XXV. ætatis. Constituit præterea Sac. Conc. Trid. circa sacros ordines, ut ordinandi per mensem ante ordinationem Episcopum adeant; cuius jussu Parochus, propositis eorum in Ecclesia publice nominibus, natalem, vitam, & mores eorum exploret; [6] & ex sacrorum Canonum veteri præscripto idem Concilium jussit, ut ante ordinationem Episcopus coram peritis Sacerdotibus de doctrina, moribus, ætate, ac genere ipsorum examen instituat.

Fuerunt olim usque a primis Ecclesiæ temporibus & Diaconissæ, vel Diaconæ, quæ operam in piis muneribus præstabant fœminis,

D

[3] C. præsente d. 93.

[4] Catechism. de Sacram. ord. n. 37.

[5] De reform. sess. 23. C.

[6] Sess. 23. C. 5, de reform.

nis, Ecclesiæque ministrabant iis in rebus, ubi per pudorem sexus licebat.

De iis, qui sunt in minoribus Ordinibus constituti.

T I T U L U S XXIII.

INfimus Clericorum ordo eorum est, qui tonsura initiantur. Clerici enim, utpote observantiores Ecclesiasticæ severitatis, antiquos mores retinuerunt, & tondendi capitis usum, qui veterum Romanorum erat, omnibus temporibus in Latina Ecclesia custodierunt. Coronæ autem figuram tonsione capillorum in capite designatam gerunt, vel ut imaginem ferant spineæ Coronæ, quæ Christo fuit imposta, vel ut notam exhibeant regiæ dignitatis, quæ vere non ab humano, sed a divino regno defertur. Tonsura ex Sac. Conc. Trid. decreto [1] initiari quis nequit, nisi suscepito Sacramento Confirmationis, & consequenter septem annos natus, ut tamen & litteras sciat: [2] cum ejus officium sit psallere in Choro, vicariamque operam præstare Clericorum aliorum

[1] Sess. 23. C. 4.

[2] C. ult. de temp. ordin. in 6.

rum absentium. [3] Ingressus autem quis ordinem Clericorum per primam tonsuram acquirit omnia Clericorum privilegia , & facultatem simul petendorum aliorum ordinum , & primo eorum, qui appellantur minores, ut a sacris, nempe majoribus distinguantur. Minores enim ita ministerio sacro vacant, ut a contacitu Sacramentorum abstineant. Sunt autem minores ordines quatuor, quorum primus est Ostiarius, [4] qui, Ecclesiæ clavibus acceptis, claudendis, aperiendisque foribus, arcendisque infidelibus, & excommunicatis præficiuntur. Secundus est Lectorum, quibus sacri Libri populo ex suggestu recitandi traduntur. [5] Tertius est Exorcistarum, qui facultatem accipiunt ejiciendorum Dæmonum certis, & solemnibus imprecationibus. [6] Quartus est Acolytorum, sive sectatorum, quorum est comitari, & affectari Episcopum, funeralia, sive cereos præferre, suggesta Diaconis pro Eucharistia administratione præparare. Ordinibus vero majoribus quidem interdictum est in Ecclesia Latina conjugium, non minoribus, quamvis uxorem ducentes minores Clerici amittant Ecclesiastica beneficia. [7]

D 2

COM.

[3] C. i. d. 25. can. psalmista d. 23., & C. i. d. 21.

[4] D. 25. C. i. §. ad Ostium.

[5] §. ad Lectorem ead. d. [6] §. ad Exorcistam.

[7] C. quod a te 3. de Cler. conjug.

Communia tam minorum, quam majorum Ordinum.

T I T U L U S XXIV.

Ordinum ubique conferendorum potestas solius est Summi Pontificis: Episcoporum enim aliorum facultas propria Diœcesi terminatur: alterius vero Diœcœsos Clericum si ne venia Episcopi Diœcœsos illius ordinare prohibentur, nisi quem tricanio inter familiares habuerint, eique ordinato statim beneficium conferant. [1] Concessa autem venia, quæ litteris, quas appellant dimissoriales, committitur, morte concedentis non expirat, nisi a successore revocetur. [2] Porro proprius alius hominis Episcopus quis dicitur aut ratione originis, si natales vel ipse, vel pater habuerit in ea Diœcesi, ubi domicilium non fortuito, sed permanendi animo locaverat: aut ratione domicilii, si vel ipse ordinandus a patre seorsum habitans, vel ipse pater cum filio secum habitante firmum domicilium eo translusterint; aut ratione beneficii, si ea in Diœcesi, ubi ordines petit, beneficium ordinando sit paratum, quod vitæ subsidio sufficiat, observatis

[1] Conc. Trid. sess. 23. C. 9. de reform. 14. C. 4. de reform.

[2] Vallenf. in decretal. de temp. ordinat. §. 4.

servatis iis, quæ novissime statuit constitutio Innocentii XII., in qua fuse, ac distincte de ratione suscipiendorum ordinum, & concedendarum dimissorialium cavetur. Neque licet aliena in Dicœcisi Episcopo ulli exērcere Pontificales actus, nisi in homines sibi subjectos, & permisso alterius Episcopi, ad cuius jus ea Dicœcisis pertineat. [3] Qui Summi Pontificis jussu aliquem ordinem acceperunt, quamvis ordinarii sui potestati subjaceant; [4] fine tamen ipsius Pontificis venia per ullum Episcopum ad ulteriores ordines perduci prohibentur. [5] Græcus a Latino Episcopo, & Latinus a Græco non recte ordinabitur, ne ritus inhoneste permisceantur. (6) Quod si Græcus Episcopo Latino sit subjectus, poterit ab Episcopo Græco post acceptam ab Episcopo suo Latino veniam ordinari. [7] Explorati autem juris est, non modo eum, qui Episcopatum deposituit, sed & Episcopum excommunicatum, & etiam hæreticum retinere semper characterem ordinis, animo insculptum: adeo ut animis aliorum, ordinando, imprimat characteres ordinum, quos tribuit, quamvis non communicet exercitium eorum. [8] Etenim & ipsi hæretici, quamvis non conferant gratiam, qua carent, & exercitium, tamen vera conferunt

D 3

Sacra-

[3] Conc. Trid. sess. 14. C. 2.

[4] C. perpetuas de majorit.

& obed.

[5] C. cum in distribuendis
de temp. ord.[6] C. cum secundum de
temp. ordin.[7] C. quod translationem
end.

[8] C. quidam 97. 1. quest.

Sacmenta. [9] Qui vero sine ordine officiis fungatur sacris, spem ordinum amittit in posterum: [10] & quoniam non constat ædificium sine fundamento; ideo, si non baptizatus ordines acceperit, baptizandus est, & postea iterum ordinandus. [11] Regulares subditis suis litteras dimissoriales tantum ad Diœcesanos ejus Monasterii, cujus in familia est is, qui ordines petit, dare possunt. Et, si Ordinarius illius Diœceseos vel absit, vel ordinationes non habeat, dare possunt litteras ad quoscumque, ut sacra Congregatio censuit. [12] Ne autem Clericus ordinem suum dedecoret, victimum inhoneste quæsitans; nemo [exceptis regularibus, qui ad titulum religiosæ paupertatis ordinantur] nemo, inquam, aliis, nisi ad titulum beneficii, aut, eo deficiente, ac necessitate cogente, ad titulum ordinabitur certi, ac sufficientis patrimonii, quod immobilibus constet. Idque neque alienari postea, neque ullis oneribus subjici potest: [13] utque Clericalis ordo turpitudine omni careat, nemo recipitur, antequam vita, & mores examinentur, quos Parochus explorabit a consciis, postquam nomina ordinandorum publicaverit. Quod examen qui subterfugerit, ordinis exercitio carebit, [14] si ordinandis se clam, ut Episcopum

[9] Magist. sentent. lib. 4. dist. 25., ubi D. Thomas.

[10] C. penult. de Cler. non ordin. ministr.

[11] C. ult. de presbyter. non baptiz. i.q., i.C. cum Paul.

[12] Apud Nicol. de tempor. ordin. sub n. 7.

[13] C.T.C.2. sess. 21. de ref.

[14] C. ult. d. 24., & seq. de eo, qui furtive ordina suscepit.

copum falleret, inferuerit. Promoti per sal-
tum, sive qui ad ordinem majorem, neglectis me-
diis, ascenderunt, si dolo careant, ordinis su-
cepti exercitio tandiu privabuntur, quandiu
elabatur tempus necessarium ad ordinem, quem
omiserunt: & si non ministraverint, poterit super
eo Episcopus dispensare. [15] Priscis Canoni-
bus ad ordinationes sunt constituta tempora
quatuor, quæ jejunando de more transigimus:
quod jejunium ordinationis causa fuit consti-
tutum, & institutum. Sunt autem hæc: nem-
pe jejunium mensis IV., hoc est Junii, qui
quartus est mensis a Martio, unde veteres etiam
Christiani annum inchoabant, & mensis VII.,
hoc est Septembribus; & X., hoc est Decem-
bris, & Quadragesimæ initio, extra quæ
tempora maiores ordines conferre non licet,
nisi ei, qui a Summo Pontifice veniam acce-
perit, impetrato brevi, quod appellant extra
tempora, exceptis duobus Sabbatis, nempe
Sabbato Sancto, & Sabbato ante Dominicam
Passionis, qui etiam sunt ordinationum solem-
nes dies; adeo ut sex Sabbatis ordinationes so-
lemniter habeantur: (16) nisi multitudo ordi-
nandorum postulet, ut in sequentem diem Do-
minicum ordinatio producatur. [17] Dignus
autem ordinationibus locus est Ecclesia Cathe-
dralis, vel alia ex majoribus, si quis Episcopi

D 4

per-

[15] Conc. Trid. sess. 23. C. | bati, & C. de eo: de
14. de reform. | temp. ordin. Conc. Trid.

[16] C. quod a patribus dist. | sess. 23. C. 8. de reform.
s. cum Gloss. verb. Sab- | [17] Cit. C. quod a patribus.

permisso ea in Diœcesi ordines conferat. [18] Minoribus autem ordinibus quilibet festus dies, & Diœceseos locus est aptus: [19] & primæ tonsuræ idoneus est etiam dies non festus, & locus extra Diœcœsum, cum sit actus voluntariæ jurisdictionis. [20] Sed & certis temporum intervallis, non vero simul conferendi sunt ordines majores, adeo ut annum inter unum, & alium intercedere oporteat, [21] nisi ex justa causa Episcopus dispensaverit. Minores vero, si Episcopo videatur, vel uno die conferre licuerit. [22] Quod autem ad scientiam Clericorum attinet, minorum quidem ordinum idonea scientia est intelligentia Linguæ Latinæ; ordinum vero sacrorum idonea scientia est, quæ ad munus cuiusque ordinis recte peragendum, & ad explicanda Sacra menta requiritur, quæque saluti conferat animarum. [23]

[18] Sess. 23. C. de reform.

[19] Sess. 6. C. 5. de reform.

[20] Rebus. in prax. tit. de Cleric., & quiet. quom.

n. 12.

[21] Cone. Trid. sess. 23. C.

13., & 14. de reform.

[22] C. de eo: de temp. or-

din. sess. 23. C. 11. de

reform.

[23] C. 13., & 14. sess. 23. de

reform.



QUI

Qui promoveri non possint.

T I T U L U S XXV.

Cognitis, qui promoveri non possint, ceteros promoveri posse intelligemus. Excluduntur igitur ab ordinibus.

I. Qui baptismum adhuc non acceperunt, cum januam Ecclesiæ non sint ingressi. [1]

II. Mulieres; ordinum enim sunt incapaces. [2]

III. Servi; etenim, quia ordinem suscipientes, adipiscerentur libertatem, ideo sine consensu dominorum inter Clericos non recipiuntur. [3]

IV. Sindici Universitatum, & tutores pupillorum, & quotquot obligantur ad redditionem rationum sive publicarum, sive privatarum, si de suo dolo a privatis convenientur. [4]

V. Quotquot vel publicam infamiam ob crimen, [5] vel publicum ludibrium ob vitæ turpitudinem incurrerunt; item simoniacus, & homicida, etiamsi crimina eorum publice non

[1] Cap. 1., & 3. de Pres-

byter. non baptiz.

[2] C. 1. in fin. de toll. ab

Cleric. C. Socrates d. 23.

[3] C. 1. 1. d. 54. C. 2. de

servis non ordin.

[4] C. uaico de oblig. ad rat. tiocin. C. lege d. 53.

[5] C. ult. de cohab. Cleric. C. cum infames 6. q. 1.

non innotuerint: [6] excepto homicida involuntario, qui nulla sua culpa, nec dum rei illicitæ operam daret, sed casu hominem occiderit. [7]

VI. Excluduntur nati ex injustis nuptiis, sive illegitimi: nisi religionem monasticam ingredientes, natalium fôrdes professione pietatis abluerint. [8] Sed quamvis illi inter Monachos Clerici ordinentur, tamen eis est a Præfecturis suæ religionis abstinendum. [9] Porro ut a beneficiis quælibet hæreditariæ successoris imago submoveatur, deleaturque omnis memoria conjugii, filii Clericorum, & Presbyterorum illegitimi, ex dispensatione ordinati, neque beneficium, nec super eo pensionem obtinere, neque obire ministerium ullum possunt in Ecclesia, ubi pater eorum dignitatem, aut beneficium Ecclesiasticum perpetuum obtinuerit. (10) Immo nec filius Presbyteri legitimus, nempe suscepitus ex legitimo conjugio ante ordinationem, sine venia Sedis Apostolicæ, in sui patris beneficio succedere potest proxime, vel, ut ajunt, immediate, sine aliqua

[6] C. ult. de temp. ordinat.
C. inquisitionis 21. de
acusat.

[7] C. suscepimus 10. cum
seq. eod. clem. unica eon-
dem, scil. de homicid.
Conc. Trid. sess. 14. C.
7. de reform. C. si quis
viduam d. 50., & ibi

Glossa C. ult. de homi-
cid. in 6.

[8] C. 2., & C. ad hæc cum
concord. de fil. presbyt.
C. nisi d. 56.

[9] C. 1., & ult. de fil. presb.
[10] C. 2. 3. 4. 15. 16. de fil.
presbyter. Conc. Trid.
sess. 25. C. 15. de reform.

qua persona media, in quam post ejus patrem collatum fuerit. [11]

VII. Arcentur ab ordinibus bigami, sive qui post mortem unius aliam uxorem duxerint, propter suspicionem, quam præbuerunt, incontinentiæ. Est autem bigamia triplex; vera, interpretativa, & similitudinaria. Vera est, quam proxime significavimus: nempe duplex conjugium; interpretativa, in qua non re, sed vi, ac potestate duplex conjugium consideratur; veluti si quis ducat uxorem alio marito viduatam, [12] aut ab alio fornicarie corruptam, [13] vel virginem, quæ post nuptias alteri prius, quam conjugi suo, se immiscuerit. [14] Similitudinaria est, cum quis sacro decoratus ordine, aut continentiæ voto devinctus, uxorem dicit etiam virginem, cumque ea rem habet: quamvis enim irritas nuptias contrahat, ut tamen affectus contrahendi puniantur, pro bigamo habetur. [15] Quæ postrema bigamiæ species Episcopi dispensatione deletur, ne ordinibus fuscipendi obstet, [16] cum Superiores non nisi Pontificis dispensatione tollantur. Bigamia vero non solum aditum præcludit ad ordines, sed minores Clericos ad laica-

[11] C. ad extirpandas de fil. presbyteror. C. dilectus

laici 34. dist.

presodem.

[15] C. quotquot 27. C. a nobis de big. non ordin.

[12] C. si quis viduam 50.

[16] C. 1., & 4., ubi Gloss.

[13] C. maritum d. 33.

v. indulg. de Cleric. con-

[14] C. si cuius, & can. fi

jug.

laicalem conditionem redigit, ut nec per mortem ipsam ad Clericatum redeant. [17] Clerici vero maiores, qui nempe sacros ordines suscepereunt, clericalia privilegia minime amittunt. [18]

VIII. Arcentur ab ordinibus eunuchi, qui sua sponte sibi virilia secuerint, etiam si continentiaz servandæ causa.

IX. Arcentur epileptici, & corpore vitiati, & surdi, & muti, & insigni deformitate notati, & membro aliquo destituti; partim, ne ordines ludibrio aliorum objiciant; partim, quia corporis vitio non sunt idonei ad ordinis exercitium: puta, si digito careant, ad frangendum panem necessario. [19]

X. Arcentur in ægritudine baptizati, cum necessitate magis, imminente morte, quam fervore pietatis ad baptismum adducti videantur, nisi cum valuerint, suis operibus studium pietatis ostenderint. [20]

XI. Indocti, & illitterati, ut alibi ostendimus.

XII. Infantes, & quotquot vel natura, vel morbo mente sunt imbecilliores. [21]

XIII. Hæretici, & ab hæreticis baptizati, cum ætate adoleverint, & Apostatae, & Neophyti,

[17] C. 2. 3. de bigam. non ordin. C. unic. eod. in 6.

ult. d. 51. C. placuit cum seq. 1. q. 4.

[18] C. nuper., & C. ult. de bigam. non ordin.

[20] C. 1., & seq. d. 57.
[21] C. 2., & 3., & can. Cle-

[19] C. communiter d. 33. C.

ricus d. 33.

phyti, & iterum baptizati; [22] & qui publicam pœnitentiam egerunt: nam nota gravis criminis, populi venerationem eis adimeret: [23] quos, si Episcopus scienter ordinaverit, ordinandi potestate privatur. Et denique ii, qui uxorem habent, de quibus supra.

De Præbendis, & aliis Beneficiis.

T I T U L U S XXVI.

Quia ordinibus beneficia ministeriis clericibus conjuncta cohærent: ideo, quamvis ad res beneficia pertineant, tamen personis, quibus cohærent ordines, hanc translationem conjungendam putavimus. Sicuti vero militibus benemerentibus Imperatores prædia colenda, & ad victum suum retinenda concedebant, quæ beneficia vocabantur; ita postquam immobilia possidere cœpit Ecclesia, ea beneficiorum nomine contulit in ministeriis certa, ut qui ea exerceret, haberet, unde victum

[22] C. ult. d. 5. C. qui in | secrat. dist. 4.
qualibet i. q. 7. C. ven- | [23] C. expœnitentibus. C.
tum 18. in fin. i. q. 1. | illud quoque. C. placuit
C. qui bis 117. de con- | C. in capite d. 56.

Etum caperet. Ideo priscis Ecclesiæ temporibus quodlibet beneficium habebat adjunctum ministerium, & officium, quod postea sæculo, ut creditur, XI, commutari cœpit in recitationem divinarum precum, quod propterea officium appellatur: unde quæ prædia proventus tantum suppeditant sine obligatione operarum, aut ministerii, simplicium beneficiorum nomen acceperunt. Præbenda nomen, quamvis omnes redditus Ecclesiasticos contineat, angustiori tamen significatione continet beneficium, quod est jus percipiendi proventus Ecclesiæ, ratione munieris Ecclesiastici. [1] Propterea nemo ad munus Ecclesiasticum, si sufficienti patrimonio careat, est evehendus absque Præbenda, ni velit Episcopus ei, quem ita ordinavit, damnari ad sumtus necessarios, donec illi aliunde obvenerit. [2] Beneficia porro vel majora sunt, ut Pontificatus Maximus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, vel minora his, quorum alia simplicia, de quibus supra, alia curata, quæ curam animarum, vel jurisdictionem, vel utramque habent annexam, [3] vel dignitatem, vel personatum, vel officium: quæ alicubi promiscue accipiuntur, alicubi distinguuntur,

[1] C. si quis dator. Cap. ex multis §. constitutus 1.

[3] Clem. 2. §. verum de se-pult. Conc. Trid. sess.

q. 3.

23. C. 1. de reform. C. 1.

[2] C. 2., & C. Episcopus de præb.

de off. Archidiac., & C. 1, de off. Archipresb.

tur, unde spectanda est loci consuetudo. [4] Cum distinguntur, nomine dignitatis venit Præpositura, Archidiaconatus, Abbatiae, sacerdotalis, & regularis: nomine personatus venit præminentia in ordine vel sedendi in Choro, vel in processionebus, vel in suffragiis, ut sunt Cantoria, & similia. Nominis officii veniunt, quæ administrationem aliquam rerum Ecclesiasticarum sine jurisdictione habent adjunctam, ut Sacrista, Custos. Rursus beneficia sunt vel sacerdotalia, quæ non nisi Clericis sacerdotalibus conferuntur, qualia presumuntur omnia, nisi contrarium probetur; [5] vel regularia, quæ Monachis tantum tribuuntur, & regularibus. Item alia sunt manualia, quæ solo nutu, & arbitrio dantur, & admuntur, quæ improprie beneficia appellantur; alia non manualia, quia semel data, non nisi causis a jure probatis auferuntur. [6] Beneficia majora Summus tantum Pontifex erigit, novasque dignitates exercitat in Ecclesiis collegiatis, regulariaque in sacerdotalia beneficia convertit. [7] Episcopus vero minorum beneficiorum creandorum facultatem habet. In erigendis autem beneficiis primo opus est loco ejus qualitati congruo. Secundo vigere debet causa legitima, puta ob novam

[4] Zypacus tit. de Cleric, non resident.

[5] Navarr. Constit. 3. de præb.

[6] Can. præcepta d. 55. can. senis d. 56. Gloss. clem.

quia regulares de suppl. negl. prælat.

[7] C. sicut venire 8. de excess. prælat. C. quod translationem 4. de off. legat. C. quæ semel 19. q. 3.

vam infidelium ad fidem conversionem , quibus utile fuerit , commodam Ecclesiam parari , vel quia Ecclesia jam erecta summa cum difficultate aditur propter brumam , aut aestum ; vel quia devotio accolarum , non quæstu , aut sordibus excitata , novum poscit ædificium . [8] Tertio est requirendus , & adhibendus consensus eorum , quorum interest , erigatur , an non . [9] Quarto requiritur congrua dos , unde minister , sive beneficiatus commode alatur . [10] Quinto Ecclesia , cui beneficium attribuatur . (11) Sub ejus autem Episcopi auctoritate beneficia manent , in cuius Diœcesi locantur ; nisi aut eximantur , aut Summo Pontifici subjiciantur . [12] Ex beneficiis pinguioribus detrahuntur sæpe in alicujus remunerationem , aut alia iusta ex causa pensiones , quæ sunt perceptiones fructuum alieni beneficii , legitima auctoritate , justaque de causa inductæ . Pensio autem , quæ super beneficio imponitur , tertiam , aut ad summum dimidiā fructuum partem excedere non debet : cavendumque , ne supra necessaria alimenta beneficiatus oneretur . [13] Super beneficio autem conferendo pensionem imponere potest

[8] C. 3. de Eccl. ædif. C. si quis Basilicam 10. de consecrat. d. 1.

[9] C. ad audiētiam 3. de Eccles. ædif.

[10] C. cum sicut 8. de consecr. Eccl.

[11] C. nemo 9. de consecr. d. 1. , & toto tit. de Eccl.

ædificand.

[12] C. omnes Basilicæ 15. q. 7.

[13] C. de monachis C. va. cante C. cum causam de præb. C. 1. de censibus . Rebuff. in praxi benef. tit. de reservat. n. 19.

potest etiam Episcopus : [14] quamvis illius transferendæ, acque ultra pensionati vitam perpetuandæ facultas sit solius Romani Pontificis. [15] Neque confertur pensio, nisi prima saltem tonsura initiatis, & pensionem comitatur ex Constitutione Pii V. [16] obligatio recitandi quotidie Officium Sanctissimæ Virginis. Vetitum est autem onerare pensionibus Ecclesiæ, quæ supra 1000., aut Parochias, quæ supra 100. Ducatorum summam annuam non reddunt. [17]

De Collationibus.

T I T U L U S XXVII.

Beneficia vel libera sunt, eaque conferri dicuntur, cum alicui traduntur; vel sunt Jurispatronatus, quæ scilicet conferri nequeunt, nisi patronus nominet personam, cui collatum velit; at in iis dicitur quis institui, cum ei post nominationem confertur: unde collationis, & institutionis nomina ignota Veteribus, apud quos satis erat ordinationis nomen, quia nulla olim erat ordinatio sine ministerio, nec ministerium sine beneficio. Collator est omnium beneficiorum suæ Dioceseos

Epi-

[14] C. nisi de præb.

[16] 135. incipien. ex proximo.

[15] Gloss. & DD. in C. nisi de præb. Parif. col. 82.

[17] Conc. Trid. sess. 24. C. 13. de reform.

Episcopus. (1) Collator vero beneficiorum omnium in quacumque Dioecesi est Summus Pontifex; qui paulo post suam creationem regulas solemnes suscitat, quas vocant Cancellariæ, quibus certis rationibus, ac modis sibi reservat collationem beneficiorum in alienis Dioecesibus: unde beneficia, quæ dicuntur reservata, sane dissimilia ab his, quæ affecta vocantur. Nam affecta sunt ea, quibus conferendis se miscuit, seu manus apposuit Papa; qui Papæ actus, si ex aliquo canonico impedimento non sustineatur, tamen ob reverentiam Pontifici debitam, ab ipso Papa pro ea vice tantum est iterandus: cum reservatorum collatio ad ipsum perpetuo pertineat. Reservationum autem quædam continentur in corpore Juris, & eæ opus non habent, ut a novo Pontifice suscitentur; quod necessarium est iis, quæ tantum in Cancellariæ regulis, non vero in corpore quoque Juris comprehenduntur. In corpore autem Juris primo reservata sunt a Clemente IV. beneficia vacantia per mortem in Curia; (2) quam Bonifacius VIII. ampliavit ad locos Curiae finitimos, sive duorum dierum in itinere distantes, si ad Curiam accedentes, aut Legatum Apostolicum comitantes decesserint. (3) Eademque

[1] C. omnes Basiliæ cum seq. 16. q. 7. C. decretum cum 3., & seq. 10. a. 1. C. cum ex injunctio de hæc.

[2] C. licet Ecclesiasticum de præb., & dign. in 6. [3] C. præsente eod. tit. de præb., & dign. in 6.

demque extendit, ac declaravit Joannes XXII. *Extrav. comm. ex debito, de Elect.* Secunda reservatio contenta in corpore Juris, est beneficiorum vacantium per prohibitam eorum multitudinem, sive pluralitatem; quorum collationem Sedi Apostolicæ reservavit Joannes XXII.. (4) Tertia reservatio item in corpore Juris contenta est Constitutio Benedicti XI., (5) qua non modo superiora confirmavit, sed & reservavit omnia beneficia vacantia per accusationem Episcopalis dignitatis. Demum prodierunt, ut diximus, Regulæ Cancellariæ, quibus tum veteres, tum novæ plurimæ reservationes comprehenduntur: unde

In I.^a reservationes repetuntur Benedicti XI., & Joannis XXII., quas memoravimus; nempe *C. ad regimen*, & *C. execrabilis*; itemque reservantur beneficia contra decreta Concilii Tridentini collata.

In II.^a reservantur Cathedrales omnes, & Monasteria majoris redditus, quam 200. Florinorum auri, & omnia beneficia, quæ vacante Sede Episcopali vacante.

In III.^a reservantur primariæ omnes dignitates post Pontificales, & beneficia Cardinalium, & eorum, qui tum ipsi Papæ, vel Cardinalibus familiares famuli fuerunt.

In

E 2

[4] *Extrav. comm. ex extra-* [5] *Extrav. comm. ad regi-*
bilis, de præb. §. que men de præb., & dignit.
omnia.

In IV.^a omnia beneficia Collectorum , & Subcollectorum fructuum R. Cameræ Apostolicæ .

In V.^a omnia beneficia Curialium in itinere decedentium , dum Curia transfertur .

In VI.^a omnia beneficia Cubiculariorum , & Cursorum .

In VII.^a omnia beneficia Ecclesiarum Sancti Johannis Lateranensis , Sancti Petri , & Sanctæ Mariæ majoris in Urbe ; itemque beneficia , quæ in titulis Cardinalium vacaverint , ipsis absentibus .

In VIII.^a quæ longe plura beneficia , quam aliæ , hausit , reservantur omnia ea , quæ vacaverint in VIII. mensibus , nempe Januarii , Februarii , Aprilis , Maii , Julii , Auguſti , Octobris , Novembris . In gratiam vero , ac remunerationem eorum Antiftitum , qui in Ecclesiis suis resident , eo quidem tempore , quo resident , sex mensium eis collationem liberam dimisit , ita ut alternis mensibus cum Summo Pontifice collationem dividant , nisi ea beneficia vacent , quorum collatio ex aliis capitibus ad Summum Pontificem pertineat . Hos autem Episcopis menses reliquit , nempe Februarium , Aprilem , Junium , Augustum , Octobrem , & Decembrem : reliquos vero sibi Pontifex retinuit . Qua alternativa fruitur Episcopus , ubi eam acceptaverit , non vero collator inferior , puta Abbas . (6) Reservata item sunt beneficia Con-

[6] Rota apud Coccin. decis. 51.

Conclavistarum : (7) his accedunt reservationes Pii V., qui reservavit Sedi Apostolicæ beneficia vacantia propter crimen hæresis ; (8) & beneficia recepta contracta fiducia, vulgo vocant in confidentiam ; (9) & beneficia vacantia ex resignatione, in qua observatum non fuerit præceptum Gregorii XIII. in Bulla, quam supra indicavimus, incipiente, *humano vix iudicio*. Vacantium autem beneficiorum fructus Cameræ Apostolicæ attribuit Johannes XXII.. (10) Præterea in conferendis beneficiis Sedes Apostolica exigit redditus unius anni, si beneficia sint consistorialia, sive majora, ut Archiepiscopatus, Episcopatus, & similia ; si vero sint minora, cujus redditus excedant summam XXIV. Ducatorum aureorum, quos vocant de Camera, exigit dimidium fructuum unius anni a novo beneficiato ; (11) quæ præstimonia annatæ, & mediæ annatæ vocantur. Porro Cardinales, qui Episcopatum suscepérunt, habent ex S. Pontificis venia, quod indultum vocant, facultatem conferendi beneficia etiam in mensibus, qui Papæ vacant, quosque sibi reservavit, dummodo ea facultate non utantur ad beneficia reservata, vel affecta dupli reservationis, aut affectionis (12) vinculo. Tempus collationis

E 3

nibus

[7] Rota decis. 303. p. 17.

[8] Const. cum Apostolatus.

[9] Vid. Bullam apud Pias-
rium prax. Episcop. p. 2.
C. 5.

[10] C. cum nonnullæ extra-
recent. vag. comm. de præb.

[11] Const. Pii V. 38.

[12] Clem. 8. Const. *quæ mox*
Nicol. de præb. sub n. 2.

nibus præfinitum sunt sex menses, qui currunt a die scientiæ vacationis: (13) quibus elapsis, si collatio pertinebat ad Capitulum, devolvitur ad Episcopum, si pertinebat ad Episcopum, devolvitur ad Capitulum, & utrisque negligentibus, ad Metropolitanum, a Metropolitanu ad Patriarcham, a Patriarcha ad Papam. (14) In Episcopatibus, & Abbatii tempus ad conferendum præfinitum est trium mensium; (15) quamvis, si collatio in virum idoneum ceciderit, etiam post tempus toleratur. (16) Parochiæ, atque omnes Ecclesiæ, quibus annexa est Animarum cura, conferri non possunt, nisi post examen peractum coram tribus ab Episcopo electis, eaque conferendæ sunt alicui ex illis, qui eo in examine comprobati fuerint; sive de libera Episcopi collatione agatur, sive ad alterius institutionem pertineat: immo etiamsi collatio fuerit ad Sedem Apostolicam devoluta. (17) Ne autem supra necessitatem quis beneficiis Ecclesiasticis aliorum inopia cumuletur, vetitum est plura possidere beneficia, (18) adeo ut cogatur quis beneficium petens, enunciare, si quod habeat aliud, ut veniam illius novi obtinendi referat a Summo Pontifice; hoc est, ut impetraret

[13] Cap. quia 5. de concess.
præb.

[14] Cap. nulla 2. cum Gloss.
de concess. præbend.

[15] Cap. ne pro defectu de
elect.

[16] Cap. litteras de suppl.
neglig. præl.

[17] Conc. Trid. C. 18. sess.
24. de reform.

[18] Cap. quia nonnulli, ubi
Abbas de Cler. non residi.

petret dispensationem super pluralitate beneficiorum. (19) Quæ cum solum toleratur, cum ex uno beneficio necessaria non suppetunt. (20) Cæterum sine Pontificis venia si alterum beneficium impetretur, vacat primum: & quidem ipso jure, si sit de incompatibilibus primi generis; vel per sententiam, si sit ex incompatibilibus secundi generis. Beneficia enim vel compatibilia sunt, vel incompatibilia: compatibilia sunt omnia beneficia simplicia, quæ residentiam non requirunt; ideoque cum pluribus sui generis, & cum curatis beneficiis cohærent. Incompatibilia vero sunt, quæ simul retineri nequeunt propter residentiam, vel exercitium singulis annexum; quibus simul sufficere non valet unus, ut sunt duo Episcopatus, duæ Parochiæ; vel Episcopatus, & Parochia. Dividuntur autem in incompatibilia primi generis, & incompatibilia secundi generis. Incompatibilia primi generis, quæ per adoptionem alterius vacant ipso jure, sunt duo beneficia curata, duæ dignitates, duo personatus, duo officia, jurisdictionem, & administrationem annexam habentia. (21) Item Cathedrale beneficium cum Parochiali: (22) duo uniformia, par officium habentia sub eodem tecto, sive sub eadem Ecclesia, veluti duo Canoniciatus, duæ ejusdem Ecclesiæ Capellaniæ,

E. 4

quæ

[19] Cap. ad aures de rescript.

[20] Conc. Trid. sess. 24. C.

17.

[21] Cap. de multa extravag.

execrabilis Joannis XXII.

de præb.

[22] Conc. Trid. sess. 24. Cap.

17.

quæ parem, atque eodem tempore functionem suam habeant, ut unus utrisque vacare non possit. Incompatibilia secundi generis sunt, quæ non vacant ipso jure, quamvis retineri nequeant simul; cum eligere quis debeat alterutrum, alioquin altero per Superiorem privabitur. Tales sunt duo Canonicatus in diversis Ecclesiis, & alia beneficia residentiam annexam habentia, sed sine Animarum cura, vel dignitate, personatu, vel officio; neque sunt uniformia sub eodem testo. Beneficia conferti possunt Catholicis omnibus, exceptis sequentibus. Excipiuntur igitur

- I. Carentes ordine, five prima tonsura. (23)
- II. Nati ex injustis nuptiis: quibus tamen posset Episcopus ordinum, & simplicium beneficiorum assequendorum veniam dare.
- III. Filii haereticorum, eisque faventium ad secundam in linea paterna gradum, in materna tantum ad primum, si parentes in haeresi decesserint. (24)
- IV. Conjugati.
- V. Bigami.
- VI. Excommunicati. (25)
- VII. Suspensi ab officio.
- VIII. Interdicti.
- IX. Irregulares.

X.

[23] Cap. ex literis de transfact.

statutum 15. de haeres. in 6.

[24] C. quicumque 2., & Cap. [25] Cap. postulatio 7. in princip. de Cler. excomm.

X. Cæci, qui Horas Canonicas recitare nequeunt. (26)

XI. Simoniaci.

XII. Qui legitimam etatem non habent, nempe minores annorum 14., si agatur de simplicibus; si vero de beneficiis, quæ annexum habeant ordinem sacrum, qui ejus ordinis, vel dignitatis non sunt capaces, incapaces quoque sunt adjuncti beneficij. (27)

De Institutionibus, & Jure- patronatus.

T I T U L U S XXVIII.

Jus patronatus est jus, sive facultas nominandi, sive offerendi, ac praesentandi Clericum promovendum ad beneficium Ecclesiasticum vacans, cum onere simul, & honore coniunctum. (1) Est autem duplex, Ecclesiasticum, & Laicale. Jus patronatus Ecclesiasticum est, quod Ecclesiæ, vel Clerico, non ratione patrimonii competit, sed ratione dignitatis. (2) Laicale vero est, quod ex bonis laicorum

[26] Cap. dilectus de consuet.
Piae. p. 2. C. 5. art. 3.
n. 16.

sess. 7. C. 3.
[1] Hostiens. in summ. h.
tit.

[27] C. cum 7. §. inferiora
de elect. C. 14., & 24.
eod. in 6. Conc. Trid.

[2] Cap. unico de jurepa-
tronatus in 6.

rum fundatum est, quodque Clerico non ratione Ecclesiæ competit, sed ratione patrimonii. His adjicitur & mixtum, quod partim competit ratione patrimonii, partim ratione Ecclesiæ: forte quia ex duobus patronis alter jus suum transtulerit in Ecclesiæ. Est item Juspatronatus hæreditarium, quod simul cum hæreditate, sive legitima, sive testamentaria transit; & agnatitium, sive familiare, quod transit ad eos, qui sunt ex familia, vel agnatione; item & mixtum ex utroque, quod etiam vocatur ex pacto, & providentia, quod in eos transit, qui sunt hæredes simul, & successores legitimi, ut, qui illud sibi afferat, oporteat, se & hæredem, & descendenter a testatore probare. Jura patroni sunt, I. præsentare instituendum, [3] II. dignior locus ei debetur inter laicos in Ecclesia, & cum Clerus procedit solemniter in Processionibus, III. debentur ei alimenta, si fuerit inops. [4] In Prælaturis autem, quæ per electionem conferuntur, patronus jus præsentandi non habet, sed, si velit, poterit electioni adesse, atque ei consentire. [5] IV. Ecclesiæ illius bona possidere potest, ea tantum causa, ut caveat, ne dissipentur. [6] Adquiritur Juspatronatus, I. per fundationem, si prædium quis præbeat ad Ecclesiæ

(3) Cap. decernimus 16. q. | (5) Dicit. Cap. nobis.

(4) Cap. nobis de jurepatron. | (6) Cap. filius 16. q. 7.

clesiam extruēdam . [7] II. per constructio-
nem , cum quis suis sumtibus Ecclesiam ædi-
ficavit , [8] vel dirutam restituit . III. per do-
tationem , si congruam dotem , sive in pecu-
nia , sive alio modo ad illius conservationem ,
& ministrorum sumtus attribuerit . Quæ ta-
men adquisitiones , ut subsistant , opus habent
Episcopi consensu , qui etiam post factum uti-
liter accedet . [9] IV. adquiritur ex privile-
gio Summi Pontificis . [10] V. ex multiplica-
tis præsentationibus tam longi temporis , quod
memoriam hominis excedat . [11] Adquirere
autem possunt Juspatronatus omnes Catholici ,
cujuscumque sint sexus , vel ætatis . Tempus
ad præsentandum præstitutum laicis quidem
patronis est quatuor mensium , cum potestate
variandi , offerendique alium ; patronis vero
Ecclesiasticis , qui jure variandi carent , præ-
finiuntur menses sex a die cognitæ vacationis ,
[12] Cum autem duo sunt Patroni , alter Ec-
clesiasticus , alter laicus , Jus Ecclesiasticum
laicale trahit , patronusque laicus sex etiam
mensium tempus ad præsentandum habebit , ut
privilegio socii fruatur , cum alias privilegium
esset

(7) Cap. Abbatem 4. 18. q.

i. Cap. quoniam 3. de
jurepatron., ubi Glossa.

(8) Cap. Monasterium cum
concordant. 16. q. 7.

(9) Cap. nobis de jurepatro-
natus.

(10) Cap. 2. de præb. in 6.

(11) Conc. Trid. sess. 25. C.
9. de reform.

(12) Cap. eam te 22. C. cum
propter 27. de jurepatr.

C. unico §. verum eod.
in 6.

esset inutile. [13] Patronus, quamvis non possit præsentare semetipsum propter turpe ambitionis exemplum, tamen ex Glossæ sententia proprium potest præsentare filium. [14] Transfertur Juspatronatus in alios quatuor modis; nempe per successionem, per donationem, per permutationem, per venditionem. Per successionem transfertur simul cum hæreditate, sive testamentaria, sive ab intestato ad hæredes in solidum; etiam si hæreditas inæqualiter dividatur, quia Juspatronatus est indivisible. Item in eo succeditur in stirpes, non in capita; unde pluribus patronis decedentibus, quorum alter duos hæredes reliquisset, alter unum, illi duo hæredes pro unius suffragio computantur, quia unicum tantum defunctum ambo repræsentant. [15] Per donationem autem aut legatum transfertur quidem consensu Episcopi in laicum, aut privatum Clericum, sine consensu vero in Ecclesiam, aut Monasterium, aut in Ecclesiasticam dignitatem. [16] Permutatione transfertur, dummodo pro Jurepatronatus res alia spiritualis tradatur. [17] Demum transfertur venditione, non per se tamen, ne simonia contrahatur; [18] sed simul cum universitate

(13) Gloss. ult. in Cap. unico §. verum de jurepatron. in 6.

(14) Cap. per nostras 26. Gloss. Cap. consulit de jurepatron.

(15) Clem. plures de jurepatronat.

(16) Cap. unico de jurepatronatus in 6.

(17) Cap. ad questiones de rer. permut. Cap. nemini 16. q. 7.

(18) Cap. quia Clerici 6. de jurepatron. Conc. Trid. sess. 25. C. 9.

tate bonorum, veluti hæreditate, aut corpore,
cui sit annexum, puta fundo aliquo. [19]

Amittitur Juspatronatus.

I. Si Patronus Ecclesiæ Rectorem, aut Cle-
ricum violenter aggrediatur, aut lædat. [20]

II. Si in hæresim inciderit.

III. Si jura Ecclesiæ sibi usurpaverit.

IV. Si illud jus vendiderit separatim.

V. Si illud cesserit, aut remiserit.

VI. Si Ecclesia corruerit.

De Clericis non resi- dentibus.

T I T U L U S XXIX.

Antequam distinctio inveniretur inter
simplicia beneficia, & curata, sive du-
plicia, Clerici omnes ministerio quisque suo, ve-
luti milites in castris, adeo adscribabantur, ut
illinc abire nefarium haberetur; eaque assidui-
tas in munere cujusque suo residentia nuncu-
patur. Cui nunc obligantur Antistites, & Pa-
rochi, & quotquot Ministerium aliquod Ec-
clesiasticum gerunt: quod si deserant, vel la-
titent, etiam beneficio exuentur, si legitime
citati

(19) Cap. ex litteris eod.

(20) C. in quibusdam de po-
nis.

citati ad beneficium , & ministerium suum sex intra menses non revertantur . [1] Quod ex Sac. Conc. Trid. decreto [2] ita observantur , ut majores Præsules , & Episcopi , qui sine justis causis sex menses ab Ecclesiis suis abs fuerint , quarta parte fructuum unius anni , fabricæ sacræ , aut pauperibus adPLICANDORUM , ipso jure careant , & alia quarta simili ratione post sex aliorum mensium moram ; at si pertinacius absuerint , Suffraganeus quidem a Metropolitanu , Metropolitanus a Suffraganeo antiquiori , Ecclesiæ aditu interdicto , intra tres menses denunciabitur Summo Pontifici , cuius arbitrio punietur ; qua de re severius cavit idem Concilium alio decreto , [3] quo declaravit , Antistites , etiam si Cardinalatus dignitate præfulgeant , adeo incumbere debere suis Ecclesiis , ut inde abscedere eis non liceat , nisi justis ex causis , nempe ob christianam charitatem , urgente necessitatem , debitam obedientiam , & evidenter Ecclesiæ , vel reipublicæ utilitatem , easque causas a Superioribus , & a Summo Pontifice esse adprobandas . Si ergo causis vero ita probatis non ultra duos , aut ad summum tres menses abesse licet singulis annis ; cavendumque , ne absentia incidat in Festos Dies Ecclesiæ solemniores : si secus fecerint , carebunt fructibus absentiæ tempore , iisque

(1) Cap. ex part. 8. Cap. quæliter 9. , & Cap. ult. de Cler. non resident. , &

<p>C. 1. C. ex tuae devotionis eod.</p>	<p>(2) Sess. 6. C. 1. de reform.</p>
	<p>(3) Sess. 23. Cap. 1. de refor.</p>

iique in fabricam , aut pauperum levamen convertentur . De minoribus autem Clericis ratione beneficii sui ad residendum obstrictis , & ab Ordinario cogendis , eadem Sacra Synodus [4] decrevit , ne talis obligatio eis remittatur , nisi ex justis causis Episcopo probandis , qui absentium loco , alios regimini deputet .

Causæ autem , ex quibus obligatio residentiæ remittitur , hæ sunt :

I. Causa studiorum in celebri aliqua Universitate ; [5] quæ causa non congruit Parochis : nam post Concilium Tridentinum sine idonea doctrina nulli possunt ad curam Animarum adspicere .

II. Causa sunt negotia ejus Ecclesiæ , quam quis colit . [6]

III. Servitium Summi Pontificis . [7]

IV. Servitium proprii Episcopi .

V. Periculum aliquod lethale , sive morbi , sive violentiæ . [8]

Quamvis autem justa absentia non auferat absentibus fructus , aufert tamen distributiones quotidianas , sive portiones exiliores distinctas a præbendis , sive fructibus majoribus . Quæ distributiones subministrantur in dies iis , qui

(4) Cap. 2. sess. 6.

(5) Cap. cum ex eo , ubi Gl.

V. septennio de elect. in 6.

(6) C. ex parte tua fuit pro-

positum de Cleric. non

resident.

(7) Cap. cum dilectus fil. 14
eo.

(8) C. ad audienciam eod.

qui Ecclesiæ colunt, Divinis Officiis perfundendis, & Solemnibus recitandis.

Quæ distributiones, si aut nullæ sint in Cathedralibus, & Collegiatis, aut sint nimis tenues, possunt ex decreto Sacri Concilii Tridentini (9) Episcopi ex tertia parte præbendarum, & quorumcumque proventuum easdem distributiones præsentibus, exclusis absentibus, dividendas constituere.

Ne tamen denegentur Clerico ægrotanti, [10] & ei, quem evidens necessitas, vel Ecclesiæ utilitas excuset, aut senium, propter quod solet Sacra Congregatio Cardinalium veniam residentiæ concedere, non ablatis distributionibus quotidianis. [11]

(9) Sess. 21. C. 3., & sess. 22. C. 3. de reform. | (11) Vid. *decreta apud Nicol.*
h. tit. n. 45.

(10) Cáp. p. de Cler. ægrot.



DE

De Regularibus , & Monachis.

T I T U L U S X X X .

HAsterius de Clericis, nunc de Monachis, sive solitariam vitam ducentibus, aut ducere debentibus, ut origo nominis, & instituti eorum ostendit. Et enim priscis temporibus, partim ut pericula declinarent, quæ impendebant ab hostibus christiani nominis Ecclesiam vexantibus; partim ut curas profanas effugerent, quibus animum a sacris operibus, & divinis studiis abducitur, non pauci se in deserta loca, & in solitudines condebat, recedentes a multitudine, unde & Græco verbo Anachoretæ; cuius instituti Principes Paulus, & Antonius Ægyptii Eremitæ, hoc est desertorum locorum incolæ, qui cupidos ejus instituti, sectatoresque suos certis vivendi legibus adstrixerunt. Ad quas tam multi confluabant pietate insignes, ut Divus Basilius opera eorum, & ministerio in rebus sacrис uteatur, multaque illis Monasteria extrueret, traditis regulis, quæ ad Occidentem etiam pervenerunt, exceptaque fuerunt a non paucis, sed vagis, & incompositis, quos coegit, & ad rectiorem vivendi normam adduxit Divus Benedictus; adeo ut Monachorum familiae in E Oriente

Oriente quidem Divum Basiliū; in Occidente vero D. Benedictū auctorem potissimum agnoscant; indeque dicti fuerint Cœnobitæ, tanquam communiter viventes, qui in minores plurimas sub diversis nominibus familias, tanquam in ramos discesserunt.

Et quoniam anno centesimo supra millesimum fœde laxabatur Clericorum disciplina, redacti fuerunt plures Clerici ad Augustini regulam severiorem, iisque locus tributus in Lateranensi Basilica, unde appellati Canonici Lateranenses, qui secundus est ab ordine Monachorum.

Ex hoc Ordine processit Divus Dominicus, qui Ordinem instituit Prædicatorum ad abiendas Hæreses Albigensium, eo tempore glicentes, & mores publicis in concionibus corrigendos anno MCCXVI.

Eodem tempore Divus Franciscus de Assisio mendicitatis professionem ad Christi, & Apostolorum imitationem invexit; & utrumque Ordinem, tam Dominici scilicet, quam Francisci, Honorius III. Pontifex confirmavit anno MCCXXIII.

His accessit Ordo Carmelitarum, quos ad Æliæ imitationem in Monte Carmelo instituit, & ad vitæ severitatem assuefecit Albertus Patriarcha; qui inde in Europam concedentes, regulæ suæ confirmationem impearunt.

Eadem ætate Alexander IV. Pontifex plures Eremitas vagos, & errones compulit ad

Divi

Divi Augustini regulam, quos Eremitas Augustinianos appellavit.

Atque his quatuor Mendicantium familiis tertius post Canonicos Lateranenses Regulam Ordo constituitur.

Ad quos, veluti capita minora, fere omnia, quæ post processerunt, Monachorum divertia revocantur, præter Clericos, quos vocant regulares, & Ordines Militares, Sacrae scilicet Militiae adversus Infideles dicatos.

Status Monachorum fundatur in votis, quibus solemniter se obstringunt, cum primum edunt Monachismi professionem: cui voto, ut pote solemnii, dispensare non potest, nisi Summus Pontifex: cum votum simplex regulariter ex causa remittere possit etiam Episcopus. [1] Vovendo autem promittunt obedientiam, paupertatem, & castitatem: idque, dum solemniter professionem edunt, qui est aditus interior ad Monachismum; ad quam professionem etiam opus est justa ætas, quam Concilium Tridentinum statuit annorum XVI. expletorum, eamque professionem præcedere debet annus probationis, sive Novitiatus, cum gestatione habitus, & vita intra Monasterii claustra. [2] Est autem professio vel expressa, quæ coram Abbe, vel alio legitimo Superiore Monasterii palam emittitur: vel tacita, quæ inducitur

F 2

[1] Cap. p. de voto, & voti
edent. | [2] Conc. Trid. C. 25. l. 25.
de regular.

Citur ex actibus, cum scilicet quis post annum XVI. expletum, & post annum probationis [3] gestaverit habitum, novitiis, & professis communem, aut cum quis post professionem, sive ratione ætatis nondum justæ, sive ratione illati metus invalidam, per quinquennium tacuerit, neque contra eam professionem reclamaverit; nam ratam eam habuisse censetur; neque illam rescindere amplius potest, nisi ex justa causa contra illius quinquennii lapsum fuerit a Summo Pontifice restitutus. At si habitum dimisisset, non antea reclamans audierit, quam si ad Monasterium, & ad suum habitum redierit. [4] Mulieris tamen professio, nisi post exploratam illius ab Episcopo voluntatem rata non habetur. [5] Renunciations porro, & obligationes intra probationis annum, nisi duobus mensibus ante professionem fiant, non subsistunt, & si fiant intra duos illos menses, nec professio sequatur, irritabuntur. [6].

Professus porro, si non renunciaverit, bona sua transferet ad Monasterium, si capax sit, in commune; sin minus, ad proximiores.

Ac sane hodie post Concilium Tridentinum non modo Monachi, sed & Mendicantes omnes bona possidere possunt in commune, exceptis

[3] Vallen. in decret. h. t. | [5] Conc. Trid. sess. 21. C.

[4] Conc. Trid. C. 9. sess. 25. | 17. de regular.

de regular.

[6] Conc. Trid. sess. 21. C.

z6.

ceptis Capucinis, & Minoribus Observanti-
bus. [7]

Privatum vero nullus Monachus habere do-
minium potest bonorum, ne quidem cum ve-
nia Summi Pontificis: nam idem esset faculta-
tem habere eam, atque solvi voto, & e
Religione abire. Repugnat enim habere do-
minium rerum cum professione paupertatis:
unde quidquid ad Monachum pervenerit, erit
in commune conferendum. [8] Cum autem
Religionem semel professus, mutare nequeat
statum, neque transire ad aliam Religionem,
nisi arctiorem; propterea neque ex Monaster-
io licet exire sine Superioris venia, etiamsi
ad majorem sui Ordinis Præsulatum petatur;
nam, si sine litteris eam veniam continentibus
in via reperiatur, sui Ordinis desertor habe-
tur, & fugitus appellatur; ideoque punitur:
[9] quibus deteriores sunt Apostatae, qui pror-
sus retinenda Religionis animum abjecerunt.
De quibus omnibus plenissime cavit Innocen-
tius XII. inter suas Constitutiones. Moniali-
bus vero ne tantisper quidem e Monasterii
claustris exire licet, nisi ex venia Episcopi,
caussa cognita: puta si Abbatissa præstatione
juramenti agnoscere debeat directum dominium,
a quo Monasterium suum possideat feudum,
[10] vel si vis major, quæ a natura immi-

F 3

neat

[7] Conc. Trid. sess. 25. de regular. C. 3.

[9] Conc. Trid. sess. 25. de regular. C. 4.

[8] Conc. Trid. sess. 25. de regular. C. 2.

[10] Cap. unico §. verum de regular. in 6.


neat, vel ab hominibus, puta, incendium, bellum, & similia, quæ necessitate sua superant legum potestatem; [11] neque fas est ulli ad Moniales introire sine Episcopi venia, quam concedet ex iustis, & necessariis causis, puta servitii communis, vel valetudinis, vel salutis Animarum; quarum ratione, præter communem, & ordinarium Confessarium, obtinere debent Moniales bis, aut ter in anno extraordinarium, cui præcordia sua liberius patefiant. [12] Quoniam autem sexus imbecillitas, & insidiarum pericula præsentem custodiā poscunt; ideo Monialium regimen totum permisum est Episcopis, vel ut Ordinariis, vel ut Sedis Apostolicæ Delegatis, si Monasteria sint exempta, & Sedi Apostolicæ immediate subjecta, nisi vel a Capitulis deputatis regantur, vel ab aliis Regularibus. [13]

[11] Cap. periculoſo de statu regular. in 6.
[12] Conc. Trid. sess. 25. C.

10. de regular.

9. de regular.

F I N I S
LIBRI PRIMI.



INSTITUTIONUM JURIS PONTIFICII *LIBER SECUNDUS.*

De rerum divisione, atque administratione.

TITULUS I.



ES Ecclesiasticæ, sive Sacrae aut spirituales sunt, aut temporales, quarum illæ ad salutem Animarum pertinent, haec ad Ecclesias, ac Ministrorum usum, Spiritualium aliae corporeæ sunt, quæ sensibus contactantur, eaque dividuntur in Sacramenta, in Res Sacras, Sanctas, & Religiosas, de quibus proxime differemus. Aliæ sunt incorporeæ, quæ sensibus non subjiciuntur, sed apprehenduntur animo, ut virtutes. De Spiritualibus

qualibus autem rebus corporeis tractare instituentes, primo de Sacramentis disputabimus, ordine suo ad reliquas processuri.

De Sacramentis.

T I T U L U S II.

Sacramentum est rei sacræ signum a Deo institutum ad significandam gratiam præsentem, nempe sanctitatem, & justitiam nostram ab ipso Sacramento tributam; passionem Christi, & vitam æternam: vel est invisibilis gratiæ visibile signum ad nostram justificationem institutum. Constat autem quodlibet Sacramentum ex materia, & forma, quæ veteres Patres exprimebant per elementum, & verbum: quorum prius materiæ, posterius vero formæ rationem habuit. [1] Sacmentorum administrandorum potestas condita est in Ecclesia, quæ illam per suos ministros exercet: qui cum instrumentorum tantum usum præbeant in opere, cuius efficacia, & vis tota fluit a Christo; ideo mores, vel pietas Ministri nihil prorsus conferunt ad efficaciam Sacmentorum: nihil enim refert, bonis ne, an malis hominibus Christus suum opus exercendum committat: instrumenta enim ab ipso moventur, cuius

[1] Catechism. part. 2. de Sacram. C. 14.

çujus totum est opus: [2] dummodo Minister potestatem habeat , & voluntatem; quam voluntatem habere dicitur , si generaliter facere intendat , quod Christus instituit , vel quod fecerunt Apostoli; vel quod facit Ecclesia Romana: quæ omnia tendunt eo, ut quis facere velit , quod Christus jussit . Unde si quis infidelis , qui neque Christo credit , neque Ecclesiæ , cum aliquem baptizat, facere velit , quod in Ecclesia fieri perspexit , is Baptismum utiliter confert . Ex tribus autem voluntatibus , sive intentionibus , quæ Scholasticis dicuntur habitualis , virtualis , & actualis; habitualis quidem est inutilis , actualis non necessaria ; unde ad validitatem Sacramenti exigitur saltem virtualis , sive , quæ ita Sacramentum antecedat , ut ex illius vi actus Sacramenti sequatur . [3] Conferunt vero Sacra menta gratiam suapte vi , sive quatenus Sacra menta sunt , non quatenus elementa , atque conferunt , ut verbis Theologorum utar , ex opere operato . Damnata est enim Lutheri , & Calvini sententia , qui efficaciam Sacramentorum non a Sacramentis ipsis , sed a suscipientium fide deducunt . Porro duo sunt Sacramentorum effectus , quorum prior est communis cunctis , nempe gratia , qua justi reddimur , & character , qui animæ imprimitur a tribus tantum Sacramentis , Baptismo scilicet , Confirmatione , &

[2] Conc. Trid. sess. 7. C. 2.]
[3] Conc. Trid. sess. 7. C. 11.]

sect. 4. dist. 6. q. 6.

& Ordine, quæ notam insculpunt animis, quæ distinguamur: unde per Baptismi, & Confirmationis characterem segregamur ab Infidelibus, per characterem Ordinis secernimur a laicis. Et quia semel impressus character nūquam deletur, ideo tria hæc Sacra menta nefas est iterare. Sunt autem Ecclesiæ Catholicae Sacra menta septem: Baptismus, qui aditum aperit advènientibus; Confirmatio, quæ robur addit dimicaturis; Eucharistia, quæ alimentum est animæ saluberrimum; Pœnitentia, quæ reducit aberrantes; Extrema Unctio, quæ reficit semianimes; Ordo, quo Ministri Sacrorum instituuntur; & Matrimonium, quo numerus Fidelium augetur; eaque omnia Ecclesiæ quidem in universum sunt necessaria, ratione vero singulorum quædam necessaria dicuntur, quædam voluntaria. Necessaria sunt quinque, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio. Voluntaria duo, Ordo facer, & Matrimonium.



DE

De Baptismo, & ejus effectu.

T I T U L U S III.

Baptismi vocabulum venit e Græco verbo *Baptizew*, quod est mergere, abluerre. Baptismi enim aqua diluitur originalis culpa, & mergitur originale peccatum, atque sepelitur, eodemque de fonte novus homo reviviscit, & emergit ad gratiam. Est autem Baptismus triplex. Primus est proprius, ac vere Baptismus constans ex aqua, & verbo, diciturque Baptismus fluminis: duo reliqui per similitudinem Baptismi nomen acceperunt, suntque sanguinis, & flaminis. [1] Baptismus sanguinis est, cum quis pro Christo ad necem traditur; etenim martyrio Baptismi fructus consequitur. [2] Baptismus flaminis est, cum quis moriens, vehementi Baptismi desiderio corripitur: qui ambo continere debent veri Baptismi votum, [3] ut, si salvus sit, eo initietur. Conficitur Baptismus ablutione aquæ, una cum verborum a Christo præscriptorum pronunciatione: non enim aqua ipsa, qua utimur, est Sacramentum, sed ipse usus aquæ, adjunctis verbis.

- | | |
|--------------------------------------------------|-----------------------------------------------------|
| (1) Cap. Baptismi vicem 4. | (3) Cap. debitum de Baptis.
de Consecr. dist. 4. |
| (2) Cap. Catechum. 37. de
Consecrat. dist. 4. | C. 2. de Presbyt. non
baptiz. |

verbis. [4] Igitur Baptismi materia est aqua naturalis, qua nihil communius ad hujus Sacramenti necessitatem; nihilque aptius ad frgncandam interiorem emundationem. Ideo quælibet aqua elementaris, quæ mistione, aut artificio in aliam naturam non migraverit, apta erit Baptismo, veluti aqua pluvia, fluvialis, marina, cisternina: & ex multorum opinione etiam jurulenta, si jus non sit ita compactum, ut aquæ fluviditatem non absumpserit. [5] Unde grando, & nix, nisi solvantur, non sunt Baptismi materia, quia non possunt abluendo mundationem significare, neque lutum, nisi aqua ex eo fuerit expressa: denique ab usu Baptismi excluditur aqua factitia, & stillatitia ex floribus, aliisque speciebus, & omnes liquores aqua committi, qui tum urgente necessitate ad Baptismum adhiberi possunt, si ex mistione corpus aquæ in aliam speciem non transierit, aut admista species aquæ potentia vincatur, qualis est aqua venarum metallicarum, quam appellant mineralem, aut lixivium: quibus Baptismus conferri potest, quia naturam retinent elementaris aquæ. [6] Forma Baptismi ea est, quam præscripsit Christus, [7] ubi

(4) Catechis. part. 2. de Baptismo C. 6.

(5) Silvester in Summa V. Baptismus C. 2. n. 5.

(6) D. Thomas q. 66. art. 4. Silvester V. Baptis. q. 2.

Ricc. ad Lancell. hoc tit. in princ. Cucch. instit. major. lib. 5. tit. 2. n. 15.

(7) Matth. ult., & Marc. ult.

ubi misit Apostolos in universum Orbem ter-
rarum jubens, ut baptizarent omnes gentes *in
nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Unde collecta est hæc formula: *Ego te baptizo
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Quamvis vero quis reticeat pronomen *ego*, tamen utiliter baptizat, quia in verbo *baptizo* tacite subest: imo, et si supprimatur Ministri nomen, etiam verum Baptisma confertur: veluti si quis ita more Græcorum pronunciet: *Baptizetur Servus Christi in nomine Patris, &
Filii, & Spiritus Sancti*. (8) Immo, et si Grammatices ignarus non dolo, sed imperitia syllabas corrumpat, ut dicat: *Ego te baptizo in
nomine Patria, Filia, Spiritua Sancta*, dum veram notionem personarum concipiat, etiam recte baptizabit. [9] Nec desunt, qui probent hunc etiam Baptismum, collatum scilicet *in nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis*: quamvis usum illius interdicendum censeant. [10] Licet etiam conferre Baptismum omni lingua: dum idem, quod latine, significetur. Conjungenda est hujus formulæ pronunciatio cum ablutione, sine qua nullus est Baptismus: quamvis nihil referat, an ablutio fiat per unicam, an per trinam mersionem, aut per effusionem, aut per

(8) Catechis. part. 2. de Bap-
tism. C. 14.

(9) Can. retulerunt 86. de
Consecrat. dist. 4. facit
1. qui habeat §. 4. de ma-
nus. testam.

(10) Gloss. C. multi de Con-
securat. dist. 4. Riccard.

hoc tit. in Lancellot. in
princ. Vasquez disp. 144.
n. 3. tit. 2.

per adspersionem aquæ in plures baptizandos, [11] dummodo ad caput hominis aqua perveniat: [12] unde, si non sit exclusus fœtus ab utero, aut exitus expectandus est, aut caput, si prodierit, abluerendum: an enim sufficerit adspersisse membrum aliud principale, præter caput, quæstionis est. [13] Ne autem hominibus unquam deesset remedium hoc, ad recipiendam salutem æternam adeo necessarium, Dei benignitas voluit, ut, urgente necessitate, a qualibet manu licite conferatur. Itaque in repentina, & subita re, nempe morte imminentia, legitimus Baptismi minister est homo quilibet, & parentes ipsi, qui genuerunt, [14] excepto ipso baptizando, [15] sive baptizans Sacerdos sit, [16] sive Clericus, sive Laicus, sive fœmina, sive Hæreticus, sive Judæus, aut Paganus, dummodo facere credat, quod facit Ecclesia, vel quod Christus instituit, & debita materia, formaque utatur. [17] Semota vero necessitate, jure ordinario minister Baptismi legitimus, & primarius est Episcopus, & simplex Sacerdos, & ex eorum consensu Diaconus. Gradus tamen sunt constituti, quibus ad quemque ordinem, cum opus est, baptizandi facultas deveniat: nempe, ut, si desit dignior, descendat ad minus

(11) Catechism. p. 2. de Bapt. C. 17.

(12) Ibid. C. 18.

(13) Vallens. hoc tit. §. 1. Sylvestris in summa de Baptism. C. 4. §. primo vero.

(14) C. ad limina 27. 30. q. 1.

(15) C. debitum 4. de Baptis.

(16) Cap. Romanus 23. de Consecrat. dist. 4.

(17) Cap. secundum 8. dist. 19. C. si inter 25. cum seq. de Consecr. dist. 4.

nus dignum Ministrum. Præter Ministrum operam suam in hujusmodi administratione Sacramenti præbent Patrini, qui fidem infantium loquela carentium in se suscipiunt, seque sponsores, ac fidejussores pro iis offerunt. Quamobrem eorum est erudire pueros Evangelica doctrina, eorumque mores instituere, ut ad idoneam ætatem pervenientes, obligatam a suis Patrinis fidem persolvant. Hinc idonei tantum sunt ad hoc munus assumendi, nec recipiendi Hæretici, aut Pagani, aut Judæi, nec qui ordini suo unice vacare, aliisque curis abstinere debent: unde excluduntur regulares. [18] Patrinorum præfinitus est numerus: non enim licet præter unum admittere, aut ad summum duos, marem, & fæminam, ne disciplinæ ordo magistrorum numero perturbetur; neve plures implicentur affinitate spirituali, ex hac causa oriente, quæ tam valida est, ut nuptias contrahendas impedit, & contractas dirimat, [19] de qua in Sacramento Matrimonii differemus. Porro Baptismi capaces sunt omnes volentes, aut non repugnantes, quales infantes sunt; qui, etsi assentiri nequeant, profitentur tamen per Patrinos, sive fidejussores, & sponsores: [20] & baptizantur in fide totius Ecclesiæ Catholicae, in quem sensum Maldonatus

(18) Catechism. p. 2. de Bap- | ult. de cogn. spirit.
tism. C. 28. C. non licet | (20) Cap. parvuli 74., & seq.
103. de Consecr. dist. 4. | de Consecrat. dist. 4.
(19) Catechism. ibid. C. 6. C.

natus [21] explicat vulgatum illud, infantes baptizari in fide parentum. Si autem invitisi parentibus baptizentur, verum Baptismum recipiunt: quamvis per vim ab infidelibus filii non sint abstrahendi, sed christiana persuasione, atque charitate leniter inducendi, quæ Catholicorum est sententia. [22] Adulti autem etiam in somnum, aut in furorem versi baptizari possunt, dummodo ante somnum, & furorem Baptismi desiderium ostenderint: [23] & muti etiam, & surdi, & ægroti; dum pro iis alii profiteantur. [24] Item oportet, ut adulti Baptismo expresse consentiant, quæ dicitur dispositio ad Baptismum, paratiq[ue] esse debent ad recipiendum, quod Christus instituit, etsi non habeant rectam fidem: alioquin ab Hæreticis baptizati essent rebaptizandi, quod vetuit Ecclesia. [25] Ut autem Baptismus his vere collatus possit esse saluber, in doctrina, & vera fide debent institui: unde orta est cathechizandi ratio, quæ schola est, & institutio baptizandorum, quorum tres erant gradus; Auditorum nempe, sive Tyronum, qui nondum ad Baptismum erant idonei; secundus gradus erat Competitorum, hoc est simul cum aliis Baptismum petentium, quo digni habebantur; quia Christianam doctrinam

(21) De Baptismo q. 6. part.

2. pag. 120.

(22) Maldonat. ibid. p. 2. pag.

121.

(23) Cap. majores 3. de Bap-

tism. §. item queritur.

(24) Cap. parvuli 74., & seq.

dist. 4. de Confecrat.

(25) August. lib. 3. contra Do-

natis C. 14.

nam callebant. Tertius erat eorum, qui cum catechizarentur, lapsi erant in publicum aliquod crimen, qui in poenitentium numerum rejecti tres annos expectare Baptismum cogebantur.

In privatis domibus non licet, nisi magna ex necessitate, aut ob summam personæ dignitatem aliquem baptizari. (26) Baptismi effectus præcipui sunt, primo delere peccatum ab origine contractum in infantibus, & in adultis etiam alia peccata, si ex animo eos poenituerit: quamvis ad virtutis exercitationem fomes, & concupiscentia supersit. Secundus effectus est remittere poenas omnes spirituales, viamque rectam ad Cœlum aperire: quamvis poenas judicialis fori non tollat. (27) Tertius est imprimere characterem animæ, ut propterea iterari non debeat nequidem Baptismus Hæreticorum, dum ne formam Hæretici coruperint: ac si de veritate Baptismi dubitetur, concedendus est sub conditione, *si non es baptizatus, ego te baptizo, O.c.* (28)

(26) Clem. unica de Baptism. | tism. C. 6.

(27) Catechism. p. 2. de Bap- | (28) Cap. 2. de Baptism.



G

DE

De Sacramento Confirmationis.

T I T U L U S IV.

Aceptam post Baptismum fidem Sacramento munimus Confirmationis, quo fobustiores evadimus ad prælîum contra peccatorum stimulos ineundum. Sacramenti hujus materia est inunctio Sacri Chrismatis in fronte. Conficitur Chrisma ex Oleo, & Balsamo per Consecrationem ab Episcopo singulis annis in Cœna Domini. [1] Forma Confirmationis his absolvitur verbis: *Signo te signo Crucis, confirme te Chrismate salutis, in nomine Patris, &c.* Minister hujus ordinarius est Episcopus, extraordinarius vero ex delegatione Summi Pontificis simplex Sacerdos, nec alias inferioris ordinis. [2] Et quia olim simul cum Baptismo suscipiebatur, ideo etiam supereft, ut & susceptores adhibeantur. Nunc enim ad rationis usque usum, nempe ad septennium differtur. Confirmationis effectus præcipui sunt Gratia, qua & mundamur, & ad pugnam armamur; & characteris impressio, ex quo consequitur, ut non sit iterandum, quamvis ab Hæreticis acceptum.

[1] Cap. quoniam de sent. | dist. 4.
excomm. in 6. C. si quis |
de alio 122. de Consecr. |

[2] Covarruv. lib. 1. C. 10.
variar.

DE

De Pœnitentiis, & Re-missionibus.

T I T U L U S . V.

Lapsi post Baptismum pœnitentia resurgunt. Est enim Pœnitentia Sacramentum, quo relapsis peccata remittuntur, eaque duplex est; interior, qua dolorem præteriorum criminum, & perfectioris vitæ propositum concipimus; & exterior, in qua consistit Sacramenti ratio, qua per res sensibiles exprimuntur ea, quæ interius in animo peraguntur: [1] qualis est absolvendi actus respondens actui interiori, quo a peccato liberamur. Cæterum communiter ex Conc. Trid., & Florentino, materia, partesque Sacramenti sunt Contritio, Confessio, Satisfactionio; et si etiam peccata Pœnitentiæ materia remota dicantur, cum ab hoc Sacramento, tanquam ab igne ligna consumantur. (2) Forma verbis illis continetur: *Ego te absolvō*, quæ perspicua esse debent, & expressa, oreque pronunciata: unde nequit absens quis, & per Epistolam absolvi. (3) Partes ejus integrales, five, quæ totam Pœnitentiam conficiunt, sunt tres: Contritio, Confessio, Satisfactionio. Con-

G 2

tritio

[1] Catechism. de pœnitent. | [3] Vid. declarat. Clem. 8.
C. 6., & 13. in Bulla 87. SS. Domini-
[2] Catechism. ibid. C. 18. nus noster.

tritio est animi dolor , ac detestatio de peccato commisso , cum proposito non peccandi de cætero ; adeo ut **Contritio** , ut satis sit ad Dei gratiam nobis impetrandam , debeat esse talis , quæ gravissimum quemcumque dolorem superet , rerum caducarum causa conceptum . [4] Sicut enim noster erga Deum amor rerum creatarum amorem omnem longissimo intervallo antecedere debet , ita & **Contributionis** dolor , qui ex amissio Dei amore nascitur , omnibus longe doloribus debet anteire , nec refert , quod is dolor minus afficiat sensum , quam dolor rerum creatarum , dummodo tum præ cæteris doloribus corripiat voluntatem : adeo ut quamvis sensus alicujus acrius filii morte percellatur , quam consideratione peccati , si tamen ei detur optio , filii mortem , quam peccatum inalit . Qui dolor appellari potest latine dolor æstimationis , quia non sensu corporis , sed animi æstimatione metitur damnum . Quamvis raro accidat , ut dolorem veritatis dolor sensus non comitetur : itaut nulla sit via tutior ad expendendam **Contributionis** veritatem , quam summa sensibilis doloris intentio . Hæc autem dicitur **Contritio** perfecta , quæ si votum **Confessionis** , & **Satisfactionis** includat , remissionem peccatorum parit , etsi facultas confitendi , & satisfaciendi aliquo casu intercipiatur . Cæterum , si **Contritio** ad eum gradum non per-

[4] Conc. Trid.

perveniat, qui sit ad impetrandam veniam fatis, adjuncto tamen Sacramento sufficiet ad peccatorum remissionem: [5] etenim Confessione redditur perfecta, quæ Contritio imperfecta peculiari nomine vocatur attritio, atque detestatio peccati, & dolor æternarum pœnarum metu conceptus. Hanc autem S. C. Trid. declaravit: *eſſe dōnum Dēi, & impulsū ſpiri- tū Sancti, non adhuc quidem in habitantis, ſed tantum moventis, quo pœnitens adjutus, viam ſibi ad iuſtitiam parat.* Et quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ per ſe ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen etiam ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit. [6] Confessio eſt propriorum peccatorum ad remiſſionem per Ecclesiæ pœtestatem impetrandam apud Sacerdotem expositio. [7] Hujus Sacramenti certum tempus præscripsit Ecclesia, censuitque, ſemel faltem in anno rite Confessionem emittendam a ſingulis, ut Paschatis tempore quisque Sacram Eucharistiam ejusdem Ecclesiæ jufu participemus. [8] Quod Communionis præceptum, quia obligat tempore Paschatis, ideo & ad id tempus dirigitur Confessio, ſine qua nemo criminofus mundatur, ut ſit ad Eucharistiam percipiendam

G 3

[5] Catechism. C. 47. de pœnit.

[6] Conc. Trid. ſeff. 4. C. 4.

[7] Conc. Trid. ſeff. 14. de pœnit. C. 5., & 6.

[8] Cap. omnis utriusque ſexus de pœnit. & remiſſ.

cipiendam idoneus. [9] Justa Confessionis ætas est, cum quis est doli capax, quos annos vocant discretionis. [10] Præter tempus autem Paschatis, hi definiuntur necessariæ Confessionis casus. Primo, mortis articulus. Secundo, mortis periculum. Tertio, proxima susceprio alicujus ex Sacramentis, ad quæ nonnisi pure, atque caste accedere debemus. Quarto, ut vietemus peccandi periculum, quod Confessione procul nos arcere posse censeamus. Quinto, cum ipsa conscientia ad Confessionem stimulamur. Sexto, si metuimus, ne peccatorum obliviscamur. Septimo, si defectura nobis sit Confessorum copia. [11] Porro Medici mature debent ægrotos ad Confessionem impellere. [12] Ad utilitatem Confessionis tria præcipue, ac necessario requiruntur. Primo, ut sit flebilis, & luctuosa; secundo, ut sit candida, sine furo, & mendacio; tertio, ut sit integra, & e memoria quidquid non defluxerit, expromat, postquam eam diligenter quis excusserit; prolatis non modo criminibus, sed & modis, sive quas vocant circumstantias, quando mutant speciem. [13] Confessio Sacerdoti concredita est, ab eo alto

[9] Covar. in C. alma mater n. 6., & 7. Conc. Trid. sess. 14. C. 5. de poenit.

[10] Cap. omnis utriusque sexus h. tit. Conc. Trid. sess. 14. C. 5., & can. 8. Catechism. de poenit. C. 58.

[11] Catechism. de poenit. C. 59.

[12] Cap. cum infirmitas 13. de poenit., & remiss. Pius V. Const. supra Gregem 11. Martii 1566.

[13] C. consideret. de poenit. dist. 5. C. 5. sess. 14. Conc. Trid. de poenit.

alto silentio premenda , & occultanda , obſignandaque ſigillo Confessionis , ut vulgo loquimur ; quod ſigillum Sacerdos , qui frēgerit , aut violaverit , peccatumve revelaverit , in arētum , & perpetuum carcerem detruditur , poſtquam dejectus fuerit ab ordine . (14) Minister Sacramenti hujus eſt Sacerdos , qui cum ordine ſimul habeat & jurisdictionem . Cum enim Pœnitentia ſit actus judicialis , non ſufficit ſimplex ordo , niſi ad ordinem accedat jurisdictione , ſine qua judicium eſt irritum . Universam vero jurisdictionem habet quilibet Sacerdos in quemcumque hominem , quando euin- viderit in mortis articulo conſtitutum , quo tempore ab omni Sacerdote , & ab omni culpa , & excommunicatione quis poſteſt abſolvi . (15) Quod benigniſſime inſtitutum eſt , ne quando deficiente abſolutionis ope fideles in æternum perirent . Cæterum extra mortis articulum nemo poſteſt abſolvere , niſi proprium ſubditum , & ſubditus abſolvi non poſteſt , niſi a proprio Sacerdote . Proprius autem Sacerdos omnium eſt Summus Pontifex ; Episcopus vero eſt proprius Sacerdos totius ſuæ Diocelēos , & Parochus totius ſuæ Parochiæ : hique habeare dicuntur jurisdictionem ordinariam , quæ iis defertur ex ipſo munere , quod fuſcepereunt ; præter quos alii extraordinariam jurisdictionem

G 4

habent

[14] Cap. omnis utriusque ſe-
xus de pœnit. , & remiſſ.

72. Conc. Trid. ſeff. 14.
C. 7. de pœnit.

[15] Catechism. de pœnit. C.

habent jure delegato , quales sunt regulares , quibus Pontificis Constitutionibus facultas concessa invenitur : quamvis post Conc. Trid. nequeat regularis ullus , qui non sit Parochus , eam facultatem exercere , atque Confessiones audire , nisi ab Episcopo , cui se examinandum debet offerre , fuerit adprobatus . [16] Non tamen quilibet ordinariam , aut delegatam potestatem habens , de culpis omnibus potest absolvere : sunt enim peccata , quæ sibi exceptit , ac reservavit absolvenda vel Summus Pontifex , vel Episcopus , quibus remittendis generalis jurisdictionis concessio minime sufficit . Ac sane Summo Pontifici reservati sunt casus expressi in Jure Canonico , & in Bullario , veluti primo violenta manus injectio in Clericum ; [17] secundo , violatio clausuræ Monialium ; tertio , manus conferentes in singulari certamine , sive duello , eoque provocantes , & respondentes ; [18] quarto , simonia realis , vel fiduciaria , quam vocant confidentialem . Plura vide apud Interpretes . Episcopo vero alii casus reservantur ex jure , alii ex consuetudine . Reservantur ex jure primo peccatum , ex quo quis Clericus incurrit et irregularitatem ; secundo , incendium dolo conflatum ; tertio , publica blasphemia , criminaque alia , quibus publica

[16] Conc. Trid. sess. 23. de reform. C. 15.
[19] Cap. si quis suadente 37. q. 4.

[18] Conc. Trid. sess. 25. C. 19. de reform. , & Const. Gregorii XIII. , quæ incipit ad collendum .

blica pœnitentia imponitur ; quarto , excommunicatio major , cuius absolutionem Canonis conditor Episcopo reservaverit ; alioquin reservata intelligitur Summo Pontifici . [19] Casus vero reservati a consuetudine sunt , quos quisque Episcopus pro arbitrio suo reservare sibi consueverit ; ut distingui , & comprehendendi regula nequeant . Nunc ad tertiam Pœnitentiæ partem , nempe ad satisfactionem procedamus . Satisfactione in universum est compensatio , aut redditio rei , vel juris ablati ; quia igitur peccando detraximus Deo , quod debebamus , eumque læsimus , cum ei res creatas prætulimus : propterea in satisfactionem injuriæ rependere Deo debemus mœrem nostrum ex laboriosis affectibus concipiendum , quo culpas a nobis admissas simul ulciscamur , & Deum erga nos placatum , benignumque reddamus : quæ Pœnitentiæ pars satisfactione appellatur . Quamvis autem homo , qui est finitus , nullis operibus queat Infinitati Divinæ satisfacere ; tamen Deus pro sua benignitate gratam , acceptamque habet , quam præstare possumus , et si majorem debeamus . Satisfactionem autem vetus Ecclesia exigere solebat , antequam remissionem largiretur pœnitentibus , qui per plures gradus ad absolutionem perducebantur , si publice peccantes , publice quoque ad tollendam populi offensionem puniri oportebat . Erant igitur quinque pœnitentiæ ordines . Primus fluentium ad

[19] Silvester in summa , verbo *casus*.

ad fôres Ecclesiæ , leque introeuntibus com-
mendantium , ut sibi veniam impetrarent . Se-
cundus eorum , qui admittebantur in Ecclesiam
ad concionem audiendam , post eam autem
statim ejiciebantur . Tertius eorum , qui ad-
mittebantur ad preces publicas , sed exclude-
bantur a Sacrificio . Quartus eorum , qui Sa-
crificii precibus intererant , sed Communione
Corporis Christi arcebantur . Quintus eorum ,
qui omni Pœnitentiæ parte perfuncti , tantum
Communionem Corporis Christi expectabant .
Nunc autem mutata temporum ratione remis-
sionis agitur , & rei ante peractam Pœnitentiam ,
dummodo eam candide promiserint , absolvun-
tur . Satisfactio autem omnis in his tribus po-
tissimum generibus versatur ; nempe oratione ,
eleemosyna , jejunio : ad orationem revocantur
non solum preces ore pronunciatae , sed etiam
tacite recognitatae , & quodlibet sacram aut do-
cendi , aut prædicandi , aut juste , sancteque
judicandi studium . Ad eleemosynas trahuntur
deuncta opera benefica , quæ a misericordia
procedunt . Ad jejunium vero redigitur & ci-
licium , & peregrinatio , & fames , & flagella ,
& quælibet vexatio corporis . Jejunia porro
vel sponte suscipiuntur , vel indicuntur ab Ec-
clesia , qualia sunt vigiliæ , quatuor tempora ,
quadragesima . Nunc ad alteram tituli hujus
partem accedamus , hoc est ad remissionses , nem-
pe ad indulgentias , de quibus hæc Episcopus
Meldensis in sua expositione fidei §. 8. — *Cum (Ec-
clesia) aspera peccatoribus , & laboriosa opera in-
jungit ,*

jungit, iique illa submisso animo subeunt, ea dicuntur satisfactio: cum autem propter eximiam pœnitentiam, pietatem, aliaque bona opera, quæ ipsa prescripserit, e debita aliquid ipsis pena remittit, ea dicitur indulgentia — Et infra — Qui cumque ex hac vita in Christi gratia, & charitate decedunt, nondum tamen persolutis bis paenitentias, quas justis reservavit Deus, in altera vita luunt. Earum Tresaurus congestus est ex meritis Christi necessariam satisfactionem exsuperantibus, & ex perpetuationibus, cruciatibusque Sanctorum, supra quam peccatorum expiatio flagitabat: que cum illicitis supersint, adhibentur ad nostras penas allevandas, sicuti & veteres pœnitentes remissionem pœnarum assequebantur per preces Martyrum, & Confessorum, qui toleratorum abs se dolorum meritis veniam pœnitentibus impetrabant: que pena cum prorsus remittebatur, indulgentia plenaria, & remissio dicebatur. Indulgentiarum valor expenditur primo ex affectu, & animo recipientis; debet enim peccato mortali vacare: [20] secundo ex voluntate dantis; tertio, ex potestate verborum; quarto, ex potestate concedentis; quinto, ex causa concedendi.

[20] Navarr. de indulg. not. 19.

De Eucharistia.

T I T U L U S VI.

EUcharistia Græce significat gratiarum actionem, quam, quoniam in Missæ sacrificio complectimur, propterea Sacramentum Corporis Christi, quod in Missa continetur, Eucharistia nuncupatur. Per hoc Sacramentum Christum Deum habemus præsentem: substantia enim panis, & vini non manet in Sacramento, sed convertitur in Corpus Christi, & in Sanguinem conversione mirabili, quam transubstantiationem appellamus, hoc est actionem, qua tota, & integra substantia unius rei transfunditur in totam, & integrum substantiam alterius. Unde Sacramentum hoc signum est, & res significata. Signum est species panis, & vini, res significata est ipse Christus, qui est in qualibet specie, sive panis, sive vini separatim, & in qualibet parte Sacramenti. [1] Eucharistiae duplex est materia: panis, & vinum, quamvis ipsum Sacramentum sit unum, cum ad rem unam significandam fuerit institutum, nempe cibum spiritualem Corporis, & Sanguinis Christi. [2] Oportet autem, panem esse triticeum, nec refert, azymus ne sit, quo utitur

[1] Conc. Trid. sess. 13. C. 3. | [2] Catechism. de Sacram. C. 10.

utitur Ecclesia Latina, an fermentatus, quo, Latina tolerante, utitur Ecclesia Græca. Panis autem ex farre, oryza, fabis, milio, castaneis, & leguminibus, aliisque id genus, non est vera hujus materia Sacramenti: [3] quia communi loquendi usu panis nomine triticeum intelligimus, & quidem aqua elementari confectum, non rosacea, melle, laete, oleo, per quæ panis transit in aliam speciem. (4) Vignum vero debet esse ex uvis, quo utimur ad potum, quoque usus est Christus; (5) unde rejicitur omphacium, sive succus immaturarum uvarum, & acetum, quod vini naturam ascendendo depositum, & vinum congelatum, nisi postquam fuerit solutum. Ex musto tamen conficitur Sacramentum. [6] Vino admiscendum est aliquantulum aquæ, tum quia id credibile est fecisse Christum de more in mensa; tum propter aquam, quæ de latere ipsius una cum sanguine fluxit. Forma Consecrationis Eucharisticæ alia est in pane, alia in vino, utræque ex Christi ore sumptæ, qui panem his verbis in Cœna consecravit: *Hoc est Corpus meum*; idemque præscripsit faciendum Ecclesiæ pro Consecrationis forma. Aliâ forma, nempe consecrandi Sanguinis est illa: *Hic est Calix*

[3] Can. in Sacram. d. 2. de
Consecrat. Catechism. p.

d. 2. de Conf. Catech. p.
2. de Sacr. Euch. C. 17.

2. de Eucharist. C. 12.

[6] C. cum omne C. didici-
mus dist. 2. de Conf. Val-
lens. tit. de celeb. Mis-
se §. 2.

[4] Silvester de Eucharist. §.

1. quæritur.

[5] Luc. 22. can. in Sacram.

se §. 2.

Calix Sanguinis mei: quæ exponitur, hic est Sanguis meus, qui hoc Calice continetur. [7] Sacramenti hujus Minister est solus Presbyter, sive Sacerdos: Sacerdotibus enim Christus dixit, *hoc facite in meam commemorationem*. Cum autem omnes mortali peccato involuti ab hoc Sacramento arceantur; etiam Presbyter a confiendo eodem Sacramento, Missaque celebranda debet abstinere, nisi copia Confessarii desit, apud quem culpam emendet: tunc enim si necessitas urgeat, ei celebrare licebit, dummodo, quamprimum poterit, post celebrationem confeatur: [8] nec tamen licet, nisi jejunis, & semel in die Missam celebrare, præterquam in Christi natali die, vel urgente necessitate; [9] teneturque Sacerdos Hostiam abs se consecratam sumere, sive communicare, ni velit ab Ecclesiæ liminibus arceri, & per annum a celebratione suspendi. [10] Tripliciter autem Eucharistia sumitur: sacramentaliter; spiritualiter; & sacramentaliter, & spiritualiter simul. Sacramentaliter sumunt omnes, etiam criminosi, qui dentibus tantum hoc Sacramentum premunt, non animo attingunt. Spiritualiter sumunt vere pœnitentes, & puri, quibus deest copia illius, cuius gratiam desiderio, & voto assequuntur: spiritualiter vero, & sacramentaliter

[7] Catechism. C. 23. de Eucharist.

[8] Conc. Trid. sess. 13. C. 7.

[9] Cap. consulisti de celeb.

Misse, ubi Gloss. Can. peracta 10..d. 2. de

Consecrat. can. relatum

xi. ead. d.

liter sumunt, qui pio corde os ad illud admovent: nam & ipsam Christi carnem ore attingunt, & Sacramenti gratiam spiritu comprehendunt. [11] Ad Eucharistiam admittuntur omnes, qui ad annos discretionis pervenerunt, & semel in anno saltem obligamur tempore Paschalis Resurrectionis: quamvis antea ter saltem obligaremur, ut patet ex Conc. Eliberit., a quo uxorati jubentur tres, quatuor, aut octo saltem dies ab uxore ante Eucharistiam abstinere: quod priscæ severitati relinquitur. [12] Sacramentum hoc tria significat: primo Passionem Christi: cum Paulus scribat, nos mortem Domini annunciare, quotiescumque Panem hunc manducamus, & Sanguinem bibimus. Secundo cœlestem gratiam ex hoc spirituali alimento. Tertio cœlestem gloriam, & fructum æternæ felicitatis. [13]

[11] Conc. Trid. sess. 13. de Euch. C. 8.

[12] C. omnis homo d. 2. de Conf.

[13] Catech. C. 10. de Eucharist.



DE

De extrema Unctione.

T I T U L U S VII.

Exrema Unctio Sacramentum est, quod datur exeuntibus ab hac vita; estque Sacramentum, quo graviter ægrotans certis in partibus corporis ad peccatorum remissionem, & virium robur oleo solemniter inungitur; per quam Unctionem exteriorem corporis interior in anima cœlestis gratiæ Unctio significatur. [1] Hujus Sacramenti materia proxima est ipsa Unctio, remota vero, quam vocant, est oleum: non illud balsamo mistum, quod Chrisma appellatur, cujusque usus est in Confirmatione, atque in Unctione Regum, & Sacerdotum; sed oleum purum ab Episcopo etiam in die Cœnæ Dominicæ consecratum, quod & oleum dicitur Catechumenorum, cum eo liniantur & Catechumi in pectore, & in scapulis. [2] Forma Sacramenti hujus concepta non est verbis directis, utpote *ego te baptizo*, sed obliquis, & precariis, nempe his: *Per istam Sanctam Unctionem, O suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quidquid oculorum, sive narium, sive tactus vitio deliquisti. Liniuntur enim oleo sensus,*

[1] Catechism. C. 5., & 7. | *cra Unctione.*

p. 2. de Sacrament. Unct.	[2] Cap. unic. de Sacra Un-
<i>C. unic. in princ. de Sa-</i>	<i>ctione.</i>

sensus, per quos vitia contraximus, oculi nempe, aures, nares, os, & renes, tanquam luxuriae sedes, exceptis fœminis, quibus ob sexus pudorem renes non unguntur. Minister Unionis est Episcopus, & Sacerdos, qui jurisdictionem habeat, nempe Parochus, nisi urgeat necessitas, quo casu quilibet Sacerdos recte administrat, etiam regularis. [3] Solis autem ægrotis hoc Sacramentum præbetur, non vero capite damnatis, nisi ex morbo brevi mortuariis, neque ex præsenti consuetudine infantibus, & pueris, neque amentibus, qui antequam in furorem inciderent, desiderium illius nostri ostendebant, cum ægrotarent, [4] neque iis, qui Eucharistiam nondum sumpererint. Sed in quo morbi gradu sit hoc Sacramentum suscipiendum, queritur: & rectius meo iudicio putant, qui negant, ad extremum expectandum, ac tempus censem idoneum, si grave aliquod periculum impendeat, quod valde consonat usui veteris Ecclesiæ, ubi ante Eucharistiam, & post cum Eucharistia septem dies totos, ægrotus ungebatur.

[3] Clem. 1. in princ. junct. | [4] Catechism. C. 19.
Cap. ult. de privilegiis.

De Sacramento Ordinis.

T I T U L U S VIII.

Cum libri primi variis titulis plura de Ordinibus specialiter retulerimus; pauca nunc in universum dicenda superfunt. Ordo latine significat gradum quendam, sive statum personarum, aut dignitatem, unde Ordo Senatorius, Ordo Equestris, qui distinguebantur a reliquo populo, nempe a plebe. Qua ratione, qui e Christianis ad divina munera, & sacra ministeria suscipiuntur, Ordinem distinctum a ceteris constituant, diciturque Ordo Clericorum, tanquam sortientium partem Dei, sive illius ministerii. Sed de materia, & forma hujus Sacramenti quaerentes, animadvertere debemus, duplarem potestatem Presbytero in Ordinatione tribui, quæ duplice, distinctaque cæremonia exprimitur, conficiendi scilicet Eucharistiam, quæ tribuitur per traditionem Calicis, & Hostiæ, & ligandi, atque solvendi, quæ confertur per manus impositionem verbis illis adjæctis, nempe *accipe Spiritum Sanctum*; quæ manuum impositio plurimum sententia pro materia habetur, verba vero pro forma, sicuti & pro materia dicitur Calicis traditio, qua semper in Ecclesia Presbyteri conficiendæ Eucharistiæ potestatem acceperunt. Forma vero sunt verba, quæ huic traditioni Calicis adji-

adisciuntur. De quibus tamen varie, ac dis-
crepantes Theologorum sententiae referuntur.
Legitimus hujus Sacramenti Minister est Epis-
copus, quem jurisdictione, atque potestate
semper præcelluisse Presbyteris, perpetuo Ec-
clesia testimonio confirmatur: cum Ordinatio,
& Confirmatio semper Episcoporum fuerit mu-
nus, exclusis Presbyteris, cum non semper no-
minibus distinguerentur.

De Sacramento Matri- monii.

T I T U L U S IX.

Matrimonium est viri, & mulieris mari-
tal is coniunctio, individuam vitæ con-
fuetudinem continens: ita dictum, quod ex con-
silio mulier nubere debeat, ut mater fiat: { 1 }
per conjunctionem autem viri cum muliere
Christi cum Ecclesia copulatio significatur.
Materiam Sacramenti hujus varii variæ sta-
tuerunt: alii enim eam in ipso consensu po-
nunt, hoc est in contractu civili, quem Chri-
stus in institutione Sacramenti minime muta-
vit, sed quod invenerat, retinuit; alii in ip-
sis contrahentium corporibus: formam autem
in expressione verborum; alii verba ipsa conju-

H 2

gum

{ 1 } August. lib. 13. contra Fonsdam C. 26.

gum pro materia ponunt, & pro forma consensum animorum: Quoniam autem Matrimonium a sponsione inchoatur, consensu constituitur, & copula consummatur; ideo de singulis, ac primo de Sponsione differamus.

De Sponsalibus.

TITULUS X.

Sponsalia sunt mutua viri, & mulieris in matrimonium sponsio, sive futurarum nuptiarum mentio, ac repromissio; quæ a spondendo Sponsalia dicuntur: vel proprie, vel minus proprie: proprie Sponsalia nuncupantur illa, quibus futuri Matrimonii promissio includitur, quæque sponsalia de futuro nuncupantur. [1] Minus proprie dicuntur, quæ Matrimonium inducunt praesens, utriusque consensu jam absolutum, cui non deest, nisi conjunctio corporum, quod appellatur Matrimonium ratum, sive sponsalia de praesenti. Cum vero de sponsalibus loquimur simpliciter, sponsalia de futuro intelliguntur, ad quæ contrahenda requiriunt futurorum conjugum consensus: ideo, nisi etatem habeant rationis capacem, & idoneam ad

[1] Cap. præterea Cap. is, qui 30., & Cap. ult. de sponsal. Cap. qui desponsatam 12. 27. q. 2. C. 1.

C. tue fraternitatis 25.
& C. si inter virum 31.
de sponsal.

ad id, quod agunt, intelligendum, sponsalia, valida non contrahunt. Eam autem aetatem definitam invenimus septennium absolutum. [2] Consensus autem, dummodo sit certus, nihil refert, expressus ne sit, an tacitus, nempe re, traditis arrhis, an verbis, sive pronunciatis, sive scriptis, hoc est per epistolam; nec refert, nutu ne quis assentiatur, an silentio, puta parentibus pro filio respondentibus; non tandem refert, per se quis contrahat, an per procuratorem; per mandatum antecedens, an per ratihabitionem: omnibus enim modis certum consensum exprimentibus recte contraeta sponsalia reputantur. (3) Contrahi sponsalia possunt pure, sub conditione, & in diem; pure, his verbis: *ego te accipiam in uxorem, ega te in maritum*; itaut nulla conditio exprimatur; nam, si conditio aliqua tacita insit sponsalibus, dummodo non exprimatur, ea non suspendit. [4] Conditionalia sunt, quae conferuntur in eventum aliquem incertum, a quo suspenduntur: ut, nisi ea conditio extiterit, irritentur, ut, *ego te in uxorem accipiam, si tantum dotis nomine dederis*: tum enim non sunt firma sponsalia, nisi post conditionem impletam: (5) nisi

H 3

acces-

[2] C. literas 4. cum seq.
C. ad dissolvendum 13.
de despōns. impub. l. in
sponsalibus 14. in fin. ff.
de spons.

§] L. sufficiat 4. cum seq.
C. unico de despōnsat.
impub, in 6, C. qui taceat

de reg. juris in 6., & C.
ratihabit. ibid.

[4] C. quemadmodum 25. de
jurejurando, ubi Glossa
V. conditio.

[5] Cap. de illis 3, C. super
eo 5. de condit, app., &
ibi Abbas,

accesserit consensus de praesenti , aut carnalis copula , aut conditio sit turpis , vel impossibilis : quae conditiones duæ rejiciuntur , firmis manentibus sponsalibus : quae tamen sponsalia confirmantur , si conditio nature Matrimonii adverteretur . [6] In diem contrahuntur , cum quis spondet , se acceptum aliquam in uxorem intra certum tempus . [7] Contracta sponsalia obligationem contrahendi Matrimonii pariunt ; ut , si alteruter a voluntate recesserit , auctoritate judicis , & metu poenarum possit induci : non continuo tamen per censuras Ecclesiasticas , sed aliis poenis , nempe carceris : [8] nisi periculum aliquod ex hujusmodi conjunctionibus invitis , & luctuosis timeatur : tum enim coercitionibus abstinendum . [9] Secundum quam expositionem tollitur celebris oppositio , quae notatur inter Cap. *ex literis* , & Cap. *requisivit* de sponsalibus . Olim sponsalia ista de futuro per subsequentem copulam , sine alia solemnitate , transibant in verum , justumque Matrimonium ; hodie tamen sublatis per Concil. Trid. clandestinis Matrimonii , [10] sponsalia ista de futuro , quibus accessit copula , non migrant in conjugium , quia rediguntur ad Matrimonia clandestina jam vetita . Variis tamen ex causis sponsalia de futuro dissolvuntur : nam præter

[6] Cap. ult. de cond. appos.

[7] Cap. sicut *ex literis* de sponsal.[8] Cap. *requisivit* de spon-

[9] Cap. de illis de despons.

impub. C. *ex literis* 10. de desponsal.

[10] Sess. 24. C. 1. de reforma. matrim.

ter mortem naturalem , dissolvuntur primo , communi diffensu utriusque , licet sponsalia sint jurejurando vallata : etenim quisque potest remittere iusjurandum sui gratia præstatum . (11) Impuberis vero dissentire possunt puberes facti , dummodo coniunctione corporum abstineant . (12) Si vero , dum sponsalia contrahebantur , alter erat pubes , alter vero impubes , & iste impubes postea pubes factus , discedere velit a contractu , sponsalia dissolventur , etiam eo dissentiente , qui tempore contrahendorum sponsalium pubes erat . (13) Secundo , dissolvuntur sponsalia tam de futuro , quam de præsenti , si alter conjugum , etiam altero invito , Religionem ingrediatur , dummodo copula non acceperit : nam poterit alter alias sibi nuptias querere . [14] Tertio , dissolvuntur per susceptionem Sacri Ordinis . [15] Quarto , per longinas peregrinationes , quæ alterius animum a conjugio evagantem declarant . (16) Quinto , per lapsum temporis ad celebrandas nuptias præsiniti ; nam id tempus ideo adjectum censemur , ut eo exacto ad libertatem redeat quisque suam . Sexto , si conditio nuptiis adiecta evanuerit . (17) Septimo , si contrahantur sponsalia de præsenti : cum enim sit fortius vinculum ,

H 4

spon-

[11] Cap. 2. de sponsal. I.

actione 66. §. 3. ff. pro focio , & C. p. de jure jurando .

[12] Cap. a nobis de spons. impub.

[13] Cap. de illis de despens.

impub.

[14] Cap. 2. de convers. co-njug.

[15] Cap. 1. , & 2. ne Cleric. vel oyentes .

[16] Cap. de illis 5. de spons.

[17] Cap. 3. de condit. appos.

sponsalia de futuro dissolvuntur. [18] Octave, per fornicationem alterius conjugum, vel præcedentem sponsalia, vel subiequentem, si quidem fornicatio præcedens sponio fuisset occulta; nam si sponso innotuisset, & adhuc contraxisset, eam remisisse censetur. Dissolvit autem sponsalia etiam fornicatio spiritualis, puta heresis, vel apostasia: & quoniam nemo ex crimine suo libertatem agendi, quod summum est beneficium, debet adipisci, propterea is, qui *ex futuris conjugibus non peccavit*, ad pristinam libertatem reddit: qui vero peccavit, alterius conjugis arbitrio manet obnoxius. [19] Nono, per insignem aliquam turpitudinem post sponsalia supervenientem alterutri conjugum. [20] Decimo, per supervenientem furorem. [21] Undecimo, per supervenientem affinitatem, aut per cognationem spiritualem. [22] Duodecimo, per votum castitatis ante sponsalia suscepitum. (23) Absolutis sponsalibus, sive initiis nuptiarum, ad ipsas nuptias transeamus.

[18] Cap. duobus 1. de spons. duorum Cap. si inter 31. de spons.

[19] C. quemadmodum 25. de jurejurando C. 2. de diuertiis C. non solum C. jam nunc, & seq. 28. q. 1. Piring. tit. de spons. seq. 2. §. 3., & 62.

[20] Cap. ult. de conjug. leprof.

[21] Cap. dilectus 24., & C. 2. de spons.

[22] C. veniens de cognat. spirit. C. 2. de consang., & affin. C. si quis sponsam 17. q. 2.

[23] C. tursus, qui Cleric., vel vov.

De Nuptiis.

T I T U L U S XI.

Matrimonium in justa ætate, & legitime consensu fundatur. Justa ætas, quamvis Jure Civili præfiniatur XII. annorum in foemina, XIV. in masculis utrimque completorum, [1] tamen Jus Canonicum, quo potentia potius coeundi, quam annorum numerus spectatur, amplexa est sententia Sabinianorum, qui ex habitu corporis, non ex ætate nuptias permittebant. [2] Ideoque hoc jure is, eave, cuius malitia suppleat ætatem, quamvis minor supra numeratis annis, tamen, si ad venerem fuerit idoneus, jus habet matrimonii contrahendi, si quidem accesserit etiam maturum animi consilium. (3) Legitimus consensus præstandus est ab iis contrahentibus, qui voluntate sua in matrimonium convenient. Et quamvis antea disputationetur, an præterea consensus parentum accedere deberet, tamen S. C. T. decreto definitum est, non esse necessarium. Contrahendum autem consensus exprimendus est aliquo exteriori signo, sive verbis, sive nutu, adeo ut mutus quoque recte matrimonium contrahat,

&

(1) C. ult. de despōns. im-

pub.

tut. in fin.

(2) Ulpianus in fragm. tit. de

(3) C. 3. 8. 9. ult. de despōns.

impub.

(4) & dummodo consensus iste sit certus, praestari etiam per procuratorem potest, si quidem id mandetur alicui nominatim; quod quotidie usurpari videmus. Oportet autem, consensum hunc liberum esse ab omni metu, & errore. Metus enim vitiabit matrimonium, si gravis fit, qualis cadere possit etiam in constantem virum, hoc est, qui constantem virum fletere possit ad matrimonium, tanquam minus malum. Cap. *veniens* 15. de sponsalibus.

Nec refert, quod propria culpa se conjectit in periculum, velut is; qui stupro puellam affecerit: nam ne cum ea quidem is valide contrahet, si gravi metu compellatur. [5] Si tamen is, qui violenter contraxerat, cum coniuge sponte habitaverit; secumque corpus libere commiscuerit, ratihabitione voluntaria matrimonium sustinebitur. [6] Error quoque personæ matrimonium vitiabit, ut latius infra.

- (4) C. cum apud sedem 33. | (5) Cap. *veniens* 15. eod.
C. tuæ fraternitatis 25. | (6) Cap. ad id 21. de spons.
de spons.



QUE

Quæ Matrimonium impedi- dire possint.

T I T U L U S XII.

Impedimentorum duo sunt genera: unum eorum, quæ contrahendum impediunt, & contractum dirimunt; aliud eorum, quæ non dirimunt quidem contractum, sed impediunt contrahendum. Primi generis impedimenta hisce clauduntur versibus.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibus,
Si Parochi, & duplicitis desit praesentia testis,
Raptare fit mulier, nec parti redditia tutae,
Hæc facienda vetant connubia, facta relaxant.*

Alterius generis impedimenta his aliis versibus continentur.

*Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriarum,
Atque Catechismus, sponsalia, jungito votum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

Quæ vero impedimenta oriuntur ex criminè, seorsum hisce sequentibus versibus describuntur.

*Incestus, raptus sponsatæ, mors mulieris:
Susceptus propriæ fobolis, mors presbyteralis,
Vel si paeniteat solemniter, aut monialem
Accipiat, prohibent hæc conjugium sociandum.*

Sed

Sed jam singula exponamus, exordientes a dirimentibus, ac primo ab errore.

Error vertitur vel in persona, vel in statu, vel in qualitate alterius conjugis. Error personæ, cum scilicet quis ducere putans Corneliā, dicit Titiam, prorsus Matrimonium irritat: [1] idque jure naturæ, cum nemo consentire queat in id, quod ignorat. Errore in statu personarum, veluti, si quis putas cum libera contraxisse, post, servam eam comperiat; nuptiæ vitiantur. [2] Error vero qualitatis, puta, si divitem putabat, quam pauperem inventit, aut quam censebat virginem, detexerit corruptam, & impudicam, nuptias nondirimit. [3]

Conditio, si honesta sit, neque a jure improba, suspendit Matrimonium, quoad impleatur, ut dictum est in titulo de sponsalibus, nisi consensus de praesenti accesserit, vel corporum conjunctio, cum ex ea videatur a conditione recessum. (4)

Votum castitatis, vel in sacris Ordinibus emissum, vel in professione Monachismi, quod utrumque votum solemne vocatur, quo dirimuntur Matrimonia postea contracta, sive consumata fuerint, sive non, si quidem nuptias hoc solemne votum antecesserit. [5] At

¶

[1] Cap. unico 29. q. 1., &

C. tua nos de spons.

[2] Cap. ad nostram de con-

jug. serv.

[3] Caus. 29. q. 1. per tot.

[4] C. de illis Cap. per tuas
de condit. apposita.

[5] C. unico de voto in 6.
Conc. Trid. C. 9. sess.

24. de Matrim.

si fuerit post nuptias, sive post Matrimonium ratum emissum, plurimum intererit, emissum ne fuerit in professione Monachismi, an in susceptione Ordinis sacri. Nam priori, quamvis consummata Matrimonia non dirimuntur, [6] dirimuntur tamen rata, & nondum consummata; [7] posteriori vero neque consummata, neque non consummata Matrimonia dirimuntur. (8) Alia vero vota dicuntur simplicia, quæ contrahendum quidem impediunt, sed contra-
etum Matrimonium non solvunt: (9) cuius discriminis ratio hæc est, quod votum simplex tantum sit promissio tradendi sui Deo facta: votum vero solemne traditionem ipsam, atque adeo contractus perfectionem inducat: quasi exordium illud voti sit, hoc vero consummatio: [10]

Cognatio quartum est impedimentum, & de ea seorsim in titulo sequenti differemus.

Crimen quintum est impedimentum, ut primo, si ii, qui contrahendi animum habeant, consilium inierint in perniciem alterius conjugis, atque in illius necem struxerint insidias: insidiatores enim, soluto per mortem talis conjugis Matrimonio, nuptias contrahere prohibentur, etiamsi ex novo illo Matrimonio no-

vus

[6] C. commissum de spons.

[7] Conc. Trid. sess. 24. C.

6. de Matrim. C. verum
de convers. conjug.

[8] Extrav. antiquæ Johann.

XXII: de voto.

[9] C. rursus; qui Clerici
vel voy., vel matrimon.

[10] Dartif. in Grat. 24. q. 2.

vus conjux ad fidem Christi perfrahatur. [11] Secundo, si non utriusque machinatio intervenierit, sed unius tantum, & cum insidiatore, occisiique conjugi adulterium fuerit commissum, propter duplex crimen, adulterii scilicet, & homicidii nuptiæ dirimuntur. Tertio, si non homicidium adulterio acceperit, sed duo adulteri fidem sibi mutuo dederint de contrahendis nuptiis post alterius conjugis mortem, aut re ipsa Matrimonium contraxerint: tum dissolutis prioribus nuptiis, posteriores jungi nequeunt, & junctæ solvuntur, [12] nisi alter ex novis conjugibus priores nuptias ignoraverit. [13] Quarto, Jure quidem Civili raptus crimen dirimit nuptias inter raptorem, & raptam: [14] non vero Jure Canonico, dummodo raptæ procul a raptore tutum in locum abductæ sponte, ac libere in Matrimonium consentiat ex præscripto Conc. Trid., [15] quo neglecto nuptiæ irritantur.

Cultus disparitas. A primis enim Ecclesiæ fæculis interdictæ semper nuptiæ cum Judæis, & Infidelibus fuerunt, ne membra Christi Satane

[11] C. si quis vivente 31. q.
1. C. laudabile de conv.
infid. C. super hoc, & C.
significasti de eo, qui du-
xit in Matrim. eam &c.
[12] C. ult. C. 5. de eo, qui
duxit in Matrim.

[13] C. 1. C. veniens citato
loco.
[14] L. unica de raptu virg.
Novv. 143. de raptu mu-
lieris, & Novv. 150. de
ea, quam raptori nupsit.
[15] Sess. 26. C. 6. de refor-
Matrim.

tans prosterrentur; [16] ægre tamen interdicto huic obtemperabant; cum ex Veterum locis, sive id narrantium, sive de corruptela ista quarentium, talium nuptiarum occurrant exempla celeberrima. Unde colligunt cum Magistro sententiarum Faludanus; Soto, aliquie, [17] prohibitionem hanc, quatenus quidem contrahendens impedit, esse de Jure Divino, quatenus vero contractum solvit, esse de Jure Ecclesiastico: præcipue cum Divus Paulus scribat: *Si quis frater habet uxorem infidelem, & haec confensit habitare cum eo, non dimitat illam.* Quamobrem neque cum Catechumenis licet inire conjugium: cum enim Matrimonium sit Catholicorum Sacramentum, ejus particeps esse non potest, qui per Baptisma in Ecclesiam non intravit. [18] Inter ipsos vere Infideles Matrimonium naturale; ac civile consistit; etenim, etsi communionem non habeant Sacramentorum, commercium tamen habent Juris Civilis, cuius vinculo Matrimonia continentur. Unde, si utrique ad fidem nostram convertantur, manebit conjugium, etiam si contractum fuerit intra gradus a Canonibus vetatos. [19] Non enim suberant Ecclesiæ conjuges, tempore, quo contraxerunt: & publice interest minuere difficultates adspirantibus ad fidem,

[16] 1. Corinth. 6. Cyprian.

de lapsu ambig. lib. 9.
Epist. 6. C. 12. C. 17.

28. q. 1.

[17] Apud Cucchi. inst. major.

lib. 5. tit. 12. n. 93.

[18] Can. non oportet 28. q.
1., & C. cave ead.

28. q. 1.

[19] C. gaudemus, qui filii
sint legitimi.

dem, ne dissolvendarum nuptiarum formidine retardentur: unde, et si alter veram Religionem receperit, alter in sua persistiterit; tamen manebit Matrimonium propter spem conversionis per fidelis conjugis charitatem, & persuasione. [20] Si vero alteruter convertatur, & qui supereft infidelis, vel abscedere prorsus, vel retinere conjugium velit, ut eam a vera pietate distrahat, aut alio modo in peccatum inducat: licebit fideli, novis contractis nuptiis, infidelis viri commercium evitare. [21] At si, ut mos est Infideliū, vir unus plures duxerit uxores, quoniam plures per Evangelii legem retinere nefas est, adhærebit illi, cum qua primo contraxit. [22] Nuptiæ vero inter Catholicos, & Hæreticos, ut si Hæreticus Catholicam ducat, quamvis criminè non careant, ideoque poenitentia subjiciantur, [23] tamen minime dirimuntur. [24] Imo Sacra Congregatio propagandæ fidei anno 1638. censuit in locis, ubi hæresis invaluerit, hujusmodi Matrimonia dissuassione potius, quam poenitentia interdicenda. [25]

Septimum impedimentum est vis.

Octavum

[20] 1. Corinth. 7. Silvestr. verbo Matrimonium 8. n. 10.

[21] Cap. gaudemus de divorciis, & C. quanto:

[22] Diet. Cap. gaudemus. Sylvester V. Matrim. 8. n. 10. §. 7.

[23] C. decrevit 14. de hæret. in 6.

[24] Cucch. inst. major. lib. 5. tit. 12. n. 90. Sanchez lib. 7. de Matrimon. disp.

72. n. 2.
[25] Apud Nicol. tit. inst. civil. de nuptiis inspect. 6.

Octavum, Ordo Sacer; de quibus jam dictum in hoc ipso titulo, ut videri potest; unde accedamus ad nonum impedimentum, nempe ad ligamen, sive Matrimonium jam contractum, quo durante, nullum est Matrimonii sequens, etiamsi prius fuerit tantum ratum, posterius vero fuerit etiam consummatum. [26]

Décimum impedimentum vocatur publicæ honestatis, quod oritur ex sponsalibus puris, non ex conditionalibus, nisi conditio jam extiterit; exemplo illius impedimenti, quod emanat ex affinitate, atque cognatione per ratum, aut consummatum Matrimonium inducta: ita ut hoc impedimentum etiam Jure Civili cognitum, imago quædam sit, & umbra illius. Pudor nimirum suadet, ut a nuptiis abstineamus propinquorum ejus, quæ nobis de sponsata fuit. Quod impedimentum S. Conc. Trid. [27] restrinxit ad primum gradum interis, & legitimis sponsalibus de futuro: quibus dissolutis non possumus contrahere cum eo, eave, qui, quæve sponso, sponsæve illi est in primo gradu cunctus. Nam in sponsalibus de præsenti, sive in Matrimonio rato, etiam postea dissoluto, impedimentum hoc, jure antiquo manente, ad quartum usque porrigitur gradum. [28]

I

Unde-

[26] C. 3., & ult. de spons. | Matrim.
duor. | [28] Pius V. Const. ad Roma-
[27] Sess. 24. C. 3. de reform. | num.

Undecimum impedimentum est affinitas , de qua tit. sequenti .

Duodecimum est impotentia coeundi : cum scilicet adultus (nam in pueris matura exspectatur ætas) vel natura , vel tristis aliquo even- tu , vel pharmaci alicujus violentia , facultatē caret ad venerem exēcendam ; aut cum mulier obstrūctam adeo habeat viam , ut virilem conatum excludat ; quod impedimentum , si ante nuptias non innotuerit , eo patefacto , nuptiæ dissolventur , & quidem statim : si adspicere ipso dijudicari nequeat , perpetuum ne sit , an temporarium impedimentum , mora , vel medicaminibus tollendum , tum ad triennii expe- rimentum est excurrendum , iungendique conjuges , ut per id tempus computandum a contractis nuptiis , eorumque nixu ad venerem periculum faciant virium suarum : ut si per id tempus nullo successu ad venerem nitantur , post trien- nium Matrimonium dissolvatur : si quidem de ea impotentia constet ex juramento conjugum ipsorum , & septem propinquorum , quam Pon- tifex septimam manu appellat : [29] quod si alteruter conjugum falius deprehendatur , propterea , quod aliud Matrimonium contra- xerit , redintegratis prioribus nuptiis , ad inno- centem conjugem redire compelletur . [30]

Decimum tertium impedimentum est clan- destina desponsatio , de qua in distincto titulo .

Unde .

[29] C. laudabilem s. de fri-
gidis , & maleficiatis .

[30] Eod. Cap. , & Cap. 1..
eod.

Unde ad ea progrediemur, quæ impeditant quidem contrahendum, contractum vero non dirimunt; ea vero sunt:

Primo. Interdictum Judicis Ecclesiastici, qui forte distulerit nuptias, quoad suspicio latencies alicujus mali, aut impedimenti tollatur. Cujus causæ cognitio dum durat, separandi sunt conjuges. [31]

Secundo. Interdictum ipsius Ecclesiæ, quæ cultus divini causa certis annis temporibus nuptias celebrare vetat; quæ tempora per S. Conc. Trid. [32] constituta sunt ab Adventus Dominico die usque ad Epiphaniam, & a feria quarta Cinerum usque ad octavam Paschatis inclusive.

Tertio. Impedimentum erat olim Carechismus, sive Institutio ad Religionem Christianam, quod nostris temporibus evanuisse censetur. [33]

Quarto. Sponsalia de futuro, quibus impediuntur, non autem dirimuntur sponsalia, cum alia persona de praesenti contracta; cum haec transeant in Matrimonium ratum, quod est fortius vinculum. [34]

Quinto. Votum simplex, quo se quis a Matrimonio temperaturum obligavit, non solemnia ulla Religionis professione, aut susceptione

[31] C. 2., & 3. de Matrim. contract. contra interdic. Eccles.

[32] Sess. 24. C. 20. de refor. Matrem.

[33] Sanchez de Matrim. lib. 7. dist. 10. Bonac. q. 3. p. 24. n. 6.

[34] C. veniens 15. C. sicut 20. de Sponfal.

Sacri Ordinis; nam si ille nuptias contraxerit, peccabit quidem, sed nuptiæ subsistent.

Erant & quædam crimina, quibus impedi-
batur Matrimoniūm contrahendum, saltem do-
nec pœnitentia perageretur; non tamen solve-
batur contractus, quæ tamen præsentibus mo-
ribus minime impedimentum præbent. [35]

De triplici Cognitione.

T I T U L U S XIII.

Cognatio est necessitudo, & conjunctio pér-
sonarum, aut e susceptione alicujus a
Baptismi fonte, atque ex oblatione ad confron-
tationem, aut ex adoptione, aut ex corpo-
ris commissione procedens. Quapropter triplex
est illa, spiritualis, legalis, naturalis. Spiritua-
lis cognatio nascitur ex ea Sacramentorum ad-
ministratione, quæ regenerationis vi naturalem
generationem imitatur: & propterea naturalis
nexus imaginem inducit; ideoque parit impe-
dimentum dirimens nuptiatum inter suscipien-
tes, & baptizatum, patremque, ac matrem
illius, & inter baptizantem, & baptizatum,
baptizatique patrem, & matrem, uno tantum;
aut altero suscepiente adhibito, præter quas
personas enumeratas hodie prohibitio non ex-
tenditur

[35] Sanchez lib. 7. de Matrimon. disput. 17. n. 8.

tenditur ex Conc. Trid. [1] De confirmatione quoque idem Conc. Trid. eodem loco adjecit, ne cognatio inde orta ultra confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem extendatur . Non contrahitur vero cognatio hæc a procuratore suscipientis, si suscipiens hunc actum alteri mandaverit . [2] Legalis cognatio est triplex ; prima , in linea recta tam ascendentis, quam descendenti, adoptantis, & adoptati ; quas inter personas durat prohibitio nuptiarum dirimens etiam adoptione soluta, saltem, ut aliqui volunt, ad quartum usque gradum , [3] propter pudorem imaginariæ conjunctionis . Secunda in linea transversali inter adoptatum, & filias legitimas, & naturales adoptantis sub patria potestate manentes; quod impedimentum tollitur vel adoptione dissoluta, vel filio legitimo, & naturali e patria potestate dimisso : his enim modis solvitur legale vinculum , unde impedimentum oriebatur . [4] Tertio affinitatis quoque similitudine oritur impedimentum nuptiarum inter adoptantem, & uxorem adoptati ; itemque inter adoptatum, & uxorem adoptantis . [5] Tertia species Cognitionis est naturalis, quam carnalem appellant, quæ de corporum conjugatione

I 3

ctione

- | | |
|-----------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------|
| (1) Ex Conc. Trid. sess. 24. | (3) Nicol. inst. de nuptiis C. C. 2. de reform. |
| (2) Sac. Congregatio apud Nicolaum tit. inst. de nuptiis de cognat. C. 4. | (4) C. per adoptionem 30. q. 3. l. 17. de rit. nupt. |
| | (5) Sanchez lib. 7. de Matrimon. disput. 73. n. 17. |

stione procedit, quaque duplex impedimentum parit, consanguinitatis, & affinitatis. Consanguinitas, sive cognatio est nexus personarum ex eodem stipite descendientium. Distribuitur autem Cognatio in lineas; lineae in gradus: linea est ordinata series personarum fanguino conjunctarum; gradus vero sunt personarum generationes, quibus tanquam punctis linea componitur, & dicuntur gradus, quia illorum ordinatio scalas quodam modo exhibet. Linea est duplex, recta, & transversa. Recta similiter est duplex, ascendentium scilicet una, & alia iis opposita descendientium ab ascendentibus generatorum. In linea transversa collificantur ii, qui eodem a stipite pendent, eorumque descendentes, qui eodem ab stipite venientes inter se collati gradibus, transversales appellantur: uti sunt inter se fratres, & sorores, qui patrem eundem habent communem, & fratum, ac sororum filii, qui communem habent avum, & sic deinceps. Estque linea transversa item duplex, æqualis, & inæqualis: æqualis eorum, qui a communi stipite distant paribus intervallis, ut fratres, & sorores, qui æqualiter distant a patre; item horum filii, qui ab avo æqualiter distant: inæqualis vero est eorum, qui inter se intervallis distant inæqualibus, quorumque unus sursum fertur, alter deorsum, ut fratri filius, & patruus, nempe frater patris, qui sunt inter se consanguinei, quia communem habent stipitem, Sempronium puta, a quo natus est Sejus pater Caii, & Cor.

Cornelius, qui Caius est patruus. Igitur Caius uno gradu inferius, quam Cornelius descendit a Sempronio communi stipite: cui Cornelius est filius, Caius est nepos: ideoque sunt in linea transversa inæquali, quæ ratio per cæteros ducitur gradus; quoniam autem inter eogenitos; & consanguineos ob naturalem honestatem usque ad certos gradus tam Jure Civili, quam Pontificio nuptiæ sunt prohibitæ; ideo graduum computandorum ratio cognoscenda est, ut discernere possimus, quo usque nuptiæ permittantur; atque in linea quidem recta tam ascendentium, quam descendentium quælibet persona gradum constituit: unde filius patri est in primo gradu, quia inter eos nulla alia persona intercedit. Nepos vero est avo in secundo gradu, quia inter eos intercedit pater, & sic in infinitum, tam sursum, quam deorsum: tum ex computatione Juris Civilis, tum ex computatione Juris Canonici, quibus juribus tot numerantur in linea recta gradus, quæ sunt personæ, una demta: unde, quia, demto patre, superest filius, demtove filio, superest pater, propterea hi primo sunt inter se gradu: nepos vero cum avo est in secundo, quia sunt tres personæ, avus nempe, pater, & filius, ex quibus uno demto, super sunt duo: unde duo existunt gradus, atque in hac linea ex utroque Jure prohibentur nuptiæ in infinitum, quotcumque, vel remotissimo gradu personæ

sonæ inter se distent. [6] In gradibus vero linea transversæ, nempe in collateralibus magnum est discrimen inter Jus Civile, ac Pontificium: nam Jus Civile non inducit primum gradum in transversalibus, cum quot gradus prodeant, tot sint generationes: unde frater, & soror, qui duo sunt generationes, inter se secundo gradu conjunguntur. Ast in transversalibus Jure Canonico diversa regula traditur, nempe talis; quo gradu personæ distant a communi stipite, eodem distant inter se; unde quia duo filii distant inter se a communi patre uno gradu; ideo duo fratres, aut frater, & soror inter se uno gradu distabunt: & quia nepotes, hoc est filii duorum fratrum, distant singuli ab avo duobus gradibus, duobus item gradibus distabunt inter se. [7] In linea vero transversa inæquali hæc eodem ex jure regula traditur. Quoto gradu remotior distat a communi stipite, eodem distant inter se; dicitur enim ratio a remoto, ut latior facultas Matrimoniis praebatur; itaque fratri filius distat a patruo in secundo gradu, quia distat duobus gradibus ab avo, nempe a patre patrui sui, quamvis patruus a communi stipite, nempe a suo patre uno tantum gradu distet. [8] In linea autem transversa nuptiæ Jure Canonico prohibentur usque ad quartum gradum inclusive

(6) Leg. nuptiæ 33. ff. de ri-
tu nupt. §. ergo omnes
inst. de nupt.

(7) C. ad sedem Cap. paren-
tela 35. q. 5.
(8) C. ult. de consanguin.,
& affin.

sive. [9] Præter Cognitionem, & consanguinitatem est alia nuptiarum prohibitio inducta ab affinitate, quæ oritur ex coniunctione duarum consanguinitatum per connubium, sive illegitimum ex Jure Canonico: [10] unde neque vir consanguineam potest uxoris ducere, neque mulier consanguineam viri: nam per ambarum copulam, etiam eorum divisæ Cognationes inter se coaluerunt, ut altera videatur alterius esse cognatio ratione ipsius viri, ac mulieris, non ratione personarum, cujusque cognitionis inter se: quæ personæ rite conjungi possunt, cum nullo vinculo inter se necantur: ideo filia uxoris ex alio marito potest duci a filio mariti ex alia uxore. [11] Contra vero filia uxoris ex alio marito suscepta, sive manente, sive dissoluto conjugio, duci non poterit a matris viro, quia conjuncta est ei viro in primo affinitatis gradu, sicuti est in primo consanguinitatis gradu mulieri conjuncta, nam per copulam efficitur, ut quo gradu consanguinitatis simul sunt conjunctæ, eodem conjungantur gradu affinitatis cum altero: unde consanguinea mulieris in secundo gradu, erit affinis viri etiam in secundo, & sic deinceps, ac sicuti Canones prohibent nuptias inter consanguineos, usque ad quartum gradum inclusive; ita & inter affines nuptias ad eundem usque gradum.

- (9) C. non debet de consang., | cognov. consanguin.
& affinit. |
(10) C. 6., & 10. de eo, qui | fang., & affin.

gradum inclusivē prohibent. Si tamen affinitas ex illico concubitu oriatur, prohibitiō nuptiarum ex S. Conc. Trid. [12] decreto non excedit secundum affinitatis gradum. Quibus super impedimentis dispensare potest S. Pontifex in linea tantum transversa, excepto primo consanguinitatis, & affinitatis gradu.

De Clandestina Desponsatione.

T I T U L U S. XIV.

Clandestina Matrimonia prohibuit Ecclesia etiam ante Conc. Trid.: semper enim exegit Parochi præsentiam, & testium, sed ea pœnis tantum subjeciebat, non irritabat. Conc. vero Trid. [1] ifrita esse voluit, nisi præsens Parochus, aut alius ejus mandatu Sacerdos, & duo, aut tres testes adhibeantur, quando conjuges in Matrimonium consentiunt: tum enim in faciem Ecclesiae contrahere dicuntur. Illicium est tantum, pœnisque obnoxium, sed non irritum, si omittantur sine Episcopi venia publicationes, quas etiam idem Conc. injunxit, præcipiens, ut antequam Matrimonium contra-

(12) Sess. 24. C. 4. de reform. Matrimon. | (1) Sess. 24. C. 1. de reform. Matrim.

contrahatur, ter a proprio contrahentium Parrocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denunciatur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

Qui Matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

T I T U L U S X V.

IDeo denunciationes Matrimonio præmittuntur, ut qui norint aliquod justum impedimentum, facultatem habeant ad illud coram judice deferendum: nam, si denunciationum tempus exierit, nemo ad dicendum contra Matrimonium admittetur, nisi jurejurando comprobet suam denunciationem, aut impedimentorum per earum tempus ignorantiam. [1] Præterea ad accusandum admittuntur vel ipsi conjuges tantum, si alterius non intersit, & impedimentum a delicto non proficiatur: qualis est impotentia coeundi, & error status, & alterius conjugis adulterium: quibus ex causis accusatio ad alios non pertinet, quam ad conjuges;

(1) Cap. ult. qui Matrimon. accusar. possunt.

njuges; [2] vel admittuntur parentes, & consanguinei, servata gradus prærogativa, & post eos extranei, si impedimentum oriatur a delito, puta, quod in prohibito gradu contraxerint. [3] Accusatio autem constare debet via voce, duobus, vel tribus honestis personis vel ex cognatione adhibitis, vel ex vicinia, jurejurando addito super veritate, atque alienatione animi ab omni gratia, vel odio, vel lucro, vel metu: quod juramentum est a testibus etiam subeundum. [4] In quo numero testium esse possunt proximi consanguinei, & parentes, quibus etiam accusantibus creditur. [5] Si tamen alter conjugum dignitate, ac divitiis præcellat, parens inferioris conjugis propter suspicionem fidei ad testimonium non admittitur. [6]

De Divortiis.

T I T U L U S X V I .

Divortium diciatur tanquam in diversa discussio: [1] dissolutis enim nuptiis, conjuges abs se alio discedunt. Nuptiis autem nondum

- | | |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------|
| (2) Cap. consultationi 4. de frigid., & malefic. C. proponit de conjug. servor. C. quemadmodum 28. de jurejur. | (4) C. 5., & C. 8. 3., & 4. 35. q. 6. |
| (3) C. videtur 3. qui Matrim. ascul. poss. C. 1. 35. q. 6. | (5) C. videtur, & seq. 35. q. 6. |
| | (6) C. super eo 22. de testib. |
| | [1] L. 2. ff. de divortiis. |

nondum contractis , sed tantum sponsalibus , dimissio sponsæ non divortium , sed repudium Veteribus dicebatur . [2] Nunc autem ab Interpretibus Juris Pontificii repudium appellatur solutio ipsius vinculi conjugalis , cum scilicet iusta ex causa Matrimonium adeo dirimitur , ut liceat conjugibus alias querere sibi nuptias , quæ vulgo dicitur dissolutio quoad vinculum ; Divortium vero intelligitur separatio cohabitationis , & concubitus absque novarum nuptiarum libertate , quæ vulgo dicitur separatio quoad torum ; cum vis ipsa conjugii adhuc vigeat , & usus tantum intermittatur , aut abjiciatur illius . Lege tamen Evangelica Matrimonium ratum , & consummatum inter fideles est prorsus insolubile quantum ad vinculum , propter illa verba Jesu Christi : *Quod Deus coniunxit , homo non separet .* [3] Causæ vero separationis tori sunt hæc . Prima , si castitatem utriusque conjuges voveant , aut Religionem regularem profiteantur . [4] Secunda , si alter conjugum in gentilismum , vel in haeresim prolabatur . [5] Tertia , si ea conjunctio peccatum parere , aut disjunctio emendationem afferre posset . [6] Quarta , nimia saevitia , nisi maritus cavebit de uxore non vexanda . [7] Quinta , votum

[2] L. inter stuprum l. inter divortia . 191. ff. V. S.

[3] Conc. Trid. sess. 24. C. 6.

[4] C. 1., & 2. de convers. conjug.

[5] Cap. 2. de divort. Conc.

Trid. sess. 24. C. 5. de Matrim.

[6] Cap. 2. de divort. , &

Cap. 3. de adult.

[7] C. 1., ut lite non contest. C. literas in fin. de restit. spoliat.

cum longinqua peregrinationis in Terram fane-
tam, quod etiam renuente uxore impleri po-
test. [8] Sexta, si alter conjugum adulte-
rium, aut infandæ veneris scelus commis-
erit. [9] Quo iudicio super adulterio pen-
dente, separandi non sunt conjuges: imo, si adul-
terium probetur, licebit viro pœnitentem mu-
lierem, & ad bonam frugem redeuntem, sibi
que reconciliatam retinere. Quod si nolit, co-
njicienda mulier est pœnitentia causa in clau-
suram aliarum mulierum perpetuam. [10] Non
permittitur vero propter adulterium separatio,
si mulier invita fuerit compressa, [11] aut de-
cepta, quod adulterer se maritum simulaverit;
vel si eodem delicto utriusque conjuges involvan-
tur, [12] vel si vir ipse adulterium suaserit uxori,
[13] vel si culpam remiserit uxori, cum qua
post adulterium concubuerit; [14] vel tandem,
si maritus ante Baptismum uxorem repudiave-
rit, & deinde ambo ad fidem convertantur:
nam tum uxor, etiamsi secundas inierit nup-
tias, ad primum tamen virum redire compel-
letur, & vir cogetur dimittere secundam, quam
forte duxisset. [15]

[8] Cap. ex multa §. in tan-
ta de voto, & voti re-
demtione.

[9] C. intelleximus de adul-
teriis Cap. quemadmo-
dum de jurejur.

[10] C. 2. ut lite non contest.
C. gaudemus 19. de con-
vers. conjug.

[11] Cap. ita ne 32. q. 5.

[12] Cap. intelleximus, Cap.
ult. de adult.

[13] C. discretionem, de eo,
qui cognovit consang.
uxoris sue.

[14] Cap. si quis uxorem 32.
q. 1. Vallens. in decret.
de divorcio §. 2. n. 2.

[15] Cap. gaudemus de divor.

De Rebus Sacris , Sanctis , & Religiosis.

T I T U L U S X V I I .

RES Sacrae sunt ea, quae rite per Pontificem, sive Episcopum, aut Episcopalis Potestatis compotem Deo consecrantur. Quales sunt. Primo, Ecclesia, vel locus in eo consecratus. Secundo, Reliquiae Sanctorum. Tertio, Depositoria illorum. Quarto, Vasæ sacrae, & quæ ad ædificandum adhibentur; item & Indumenta Sacerdotum in Sacrificio, & Altaris ornamenta. Quinto, Imagines Dei, B. Virginis, & Sanctorum, & signa, quibus illi representantur. Res sanctæ sunt, quæ sanctione, sive legis prohibitione de profano commercio eximuntur: [1] quo sensu sancta etiam dicuntur, quæ supra enumeravimus, & exterior ambitus Ecclesiæ sanctus dicitur. [2] Religiosa vero sunt loca, quo illatus est mortuus: quæ Religio ante Christianos privata auctoritate inducebatur; nunc autem sine jussu Episcopi, & justis persolutis, Religio non inducitur: propterea Religiosa dici possunt Monasteria, & alia Loca pia.

In

[1] Isidor. lib. 53. orig. C. 4. | [2] L. 4. Cod. Theodos. de his, qui ad Eccles. consug.

In libro secundo Justiniani Institutionum titulo primo, & §§. 7. 8. 9., & 10. de Rebus Sacris, Sanctis, & Religiosis, more scilicet Ethnicorum agitur.

De constituendis, conferrandis, & reparandis Ecclesiis, & Altaribus.

T I T U L U S X V I I J.

Ecclisia, sive Concilio apud nos significat locum, ubi conciones, & cœtus Fidelium celebrandorum causa Sacrorum habentur. Antequam autem Ecclesia ædificetur, debet Episcopus, aut ejus mandatu aliis Crucem humi defigere, atrium publice designare, primum lapidem jacere, aqua lustrali adspargere. [1] Ecclesiæ autem ædificatæ congrua portio ex antiquæ preventibus est attribuenda; proptereaque veteri Ecclisiæ super nova quæritur juspatronatus, propter honorem, quem debemus eis, a quibus alimur. [2] Porro Ecclesia collabente, opes præbere ad illius reparationem debent, quicumque occasionem ruinæ

[1] C. Nemo Ecclesiam dist. 1. | [2] Cap. ad audientiam de
de Consecrat. nov. 131. | C. 7.

Cap. ad audientiam de
Ecclesiis ædific. Cap. pre-
cipimus 16. q. 1.

tuinæ dedere: qua de causa bona eorum sunt ad eos sumptus tacite obligata; [3] deinde ii, quos enumerat Sac. Conc. Trid. sess. 21. C. 7. de reform., quo præcipitur reparentur ex ipsius Ecclesiæ fructibus: quibus deficientibus, ex bonis patroni, aliorumque fructus percipientium; vel, si ii desint, ex substantiis Parochianorum, qui ea Ecclesia utuntur. Tertio, si non sit Parochialis, reparari debet ex fructibus eorum, qui beneficia ibi possident pro rata beneficiorum, & fructuum, & ex fructibus pro fabrica destinatis. [4] Quamvis autem liceat cuique Oratoriæ domi privatim habere ad pietatis actus exercendos; venerabile tamen Missæ sacrificium celebrare non licet, præterquam publice in Ecclesia. Etsi vero licuisset olim Episcopis concedere veniam in privatis Oratoriis celebrandi; tamen post Conc. Trid., Sac. illius Congregationis decreto ea facultas Episcopis est erupta, ut a solo Summo Pontifice venia hæc impetrata suffragetur, qui Pontifex solet eam concedere, exceptis diebus festis solemnioribus, quorum nomine veniunt dies Natalis Domini, Epiphania, Pascha, Pentecostes, Annuntiatio, & Assumptio B. Mariæ, Festum Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum: neque venia hæc eximit a præcepto audiendi Sacrum in Ecclesia diebus

K

Festis,

[3] Vallens. in decr. de Eccl. ædific. 52.

[4] C. i. de his 4. de Eccl.

ædific. can. si Monach.

16. q. 2. C. decernimus
10. q. 2.

Festis, nisi ipsum Dominum cum sua Familia; [5] nec potest ibi, nisi una Missa in die celebrari. Oratoria vero privata Cardinalium. Ioco publicarum Ecclesiastum habentur; unde superioribus exceptionibus non subjiciuntur. In edificatis Ecclesias ante petagenda sacra non sunt, quam fuerint per Episcopum ipsum Diocesanum, aut alium Episcopum, illius mandatu consecratae: neque enim potest Episcopus alteri se inferiori mandare munus istud, cum sit ordinis, non iurisdictionis. (6) Consecratio sit delibatione superficie interioris parietum, impressis Crucibus, exhibitis Sanctorum Reliquiis, intet Missarum solemnia, diebus festis: quatinus aliis diebus, & sine Missae Solemnibus facta, minime sit irrita. [7] Seimelque facta nunquam repetitur, nisi tota pene colapsa, aut exulta instauretur Ecclesia; vel nisi de illius Consecratione ambigatur. (8) Si vero Ecclesia publice polluatur per sanguinis, aut seminis humani effusionem, aut per sepulturam pagani, vel excommunicati; cum non consecranda iterum est, sed expianda, sive reconcilianda effosso cadavere, cum dispersione aquæ benedictæ. [9] Consecratur etiam Altare lapideum, sive mobile, sive fixum a solo Episcopo,

[5] Vid. hæc decreta apud Nicol. Canon. lib. 5. decret. tit. 33. n. 7.

[6] Cap. penult. de Consecr. Eccl., vel Altar.

[7] Abbat. Cap. propoſauisti

4. n. 7. de Consecrat. Eccl.

[8] C. Ecclesia 18. q. 1. de Consecrat.

[9] C. aqua penult. cum concord. de Consecr. Eccl. • vel Altar.

pō, (10) & iteranda est ei Consecratio, si frangatur graviter, vel si ē basi, ubi Altare fuerat affixum, evellatur. (11)

De Unionibus Ecclesiarum.

T I T U L U S. XIX.

PLures Ecclesiae in unam vel necessariis, vel utilibus ex causis conjugantur. [1] Necessariae sunt paupertas Ecclesiae, quae alteri opulentiori unitur, ut facilius sustentetur. [2] Item solitudo Ecclesiae, atque vastatio, propter quas indigeat, ut potentiori Ecclesiae adiuncta trahiantur. Utiles causae sunt, [3] si unus Sacerdos comitode pluribus vacante nequicat Ecclesiis: aut si una Ecclesia sufficiat omni populo ad minorem numerum redacto. Et quoniam hæ causæ alias perpetuae manent; aliæ ad tempus; ideo vel perpetua unio erit, si causa sit perpetua duratura; vel temporaria; si non semper unionis causa sit peritansura. Rursum unio tripliciter fieri potest, vel ut una Ecclesia ita subjiciatur alteri, ut altera manente, horum, & dignitas Ecclesiae subjectæ protulsa extingatur:

K 2

tur:

[10] C. quod in dubiis 3. de Consecr. Eccles.

evidenter de prob. & dign.

[11] Eod. C., & C. lighteis de Consecr. Eccles.

[2] Cap. unio 3. in fine q.

[1] Cap. expulsione 33. §. 1.

[3] C. & temporis 16. q. 1.

tur: [4] quia casu ista, cuius nomini extinguitur, transit in alterius naturam, dignitatem, privilegia, & jura, ut filia illius; vel ita unientur, ut ex duabus dignitatibus una dignitas coalescat, atque unius Ecclesiæ Canonici, & Prælati alterius etiam Ecclesiæ Canonici; & Prælati evadant: quo casu non modo sua quæque jura, & privilegia, quæ habuit, retinebit, sed altera alterius optima quæque privilegia nanescerent; [5] vel denique ita unientur, ut non modo sua cuique jura Ecclesiæ maneant, sed etiam dignitates inter se separentur, uni tamen, eidemque Prælato conferuntur, quo casu duæ habentur Ecclesiæ separatae, quæ tantum in Præfulis persona, retentis propriis eujusque juribus, conjunguntur. [6] Cumque olim licuisset beneficia diversarum Diœcesum ita conjungere, ut sua cuique Episcopo jura salverent: postea Conc. Trid., ut confusione omnem, unde oriuntur discordiae, prorsus tolleret, interdixit, ne diversarum Diœcesum beneficia unirentur. [7] Uniones vero fiunt vel Cathedralium, vel minorum Ecclesiarum. Cathedrales unire potest Romanus tantum Pontifex: [8] Archiepiscopas vero, aut Primas, aut Patriarcha suffraganei sui Ecclesias unire non potest sine illius consensu: minores autem Ecclesias,

[4] Cap. rekolentes de statu Monach. C. sicut unire de excessi. Prælat. C. & temporis 16. q. 1.

[5] DD. C. novit ne sede vac.

[6] Cucch. inst. lib. 2. n. 9.
[7] Conc. Trid. C. 9. sess. 14. de reform.
[8] C. quod translationem de off. deleg.

clericias, etiam Parochiales, aliaque beneficia propriæ Dioceſeos quilibet Episcopus, etiam non conſecratus, dummodo conſirmatus: immo etiam Sede vacante Capitulum, dummodo nihil juribus detrahatur Episcopalibus. [9] Poſteſt autem Episcopus ex iuſtis cauſis unire etiam beneficia generaliter, vel ſpecialiter reſervata ex decretō Sac. Conc. Trid. [10], debetque in unionibus, Capituli ſui conſenſum adhibere ex reſeptione ſententia. [11] Mensæ tamen propriæ unire beneficia non poſteſt Episcopus, etiam adſentiente Capitulo, propter proprii lucri fuſpi- cionem, qua vacare debet hic actus. [12] Be- neficia vero exēpta, & Sedi Apoſtolicæ im- mediate ſubjecta [13] unire non licet Epifcopo, neque diuersorum ordinum, & profeffionum Eccleſias. In unione autem Eccleſiæ patronatæ requiriſtur patroni conſenſus, aut aliorum, quo- rum jura laedi poſſunt. [14]

Diſſolvuntur uniones, & Eccleſiæ ad primæ- vum ſtatū reducuntur lapsu temporis præfini- ti, ſi unio facta fit ad tempus; ſed, ſi fuerit perpetua, diſſolvitur, ceſtantibus cauſis, ab eo, qui uniendi habet auſtoritatēm: etſi unio Ec- cleſiarum vacantium diſſolvi nequeat, ne- status Eccleſiarum Sede vacante mutetur. [15]

[9] DD. in clem. 1. ſ. ad hæc de ſtatu Monach. Caccia ſup. tract. de union. art. 3. n. 19.

[10] Seſſ. 21. C. 5. de reform.

[11] DD. in clem. ſi una de rebus Eccleſ. non alien.

[12] Clem. ſi una de rebus Eccl, non alien,

[13] Clem. ne in agro ſ. ad hæc de ſtatu Monach.

[14] Cap. rationis, cap. Mo- naſterium 16. q. 7.

[15] Cap. 1. ge Sede vacant.

De Immunitate Ecclesiastiarum.

TITULUS XXX.

IMmunitas est libertas locorum, rerum, vel personarum sacrarum a penis, muneribus, & operibus profanis. Unde est vel localis, quando gaudent Ecclesia, & alia loca Ecclesiastica; vel realis, quae rebus, & bonis Ecclesiasticis comprehendit; vel personalis, quae personis Ecclesiasticis tribuitur. Nunc de locali, quae versatur in Ecclesiis sive consecratis, sive non consecratis, [1] sive interdictis, usque ad 40. passus ejus ambitus, si Ecclesia sit Baptismalis, si vero sit Ecclesia minor, usque ad 30., [2] & Camerarium etiam immunitate gaudet, sive contingens Ecclesiae sit. sive disiectum; [3] item atrium: [4] item & Palarium Episcopi, [5] & Monasteria, & Sacella, & Oratoria perpetua, & publica extructa Episcopi auctoritate sunt immunita. Item & Hospitalia, & Seminarium Clericorum, & Claustrum Religiosorum, & alia loca sacra, & religiosa. Item & domus Canonicorum sive intra 30., vel 40. passus

[1] Cap. Ecclesie 9., & Cap. inter alia de immunit.

[3] C. ult. de immunit. Eccl.

Eccles.

[4] Cap. si quis in atrio 17.

q. 4.

[2] C. sicut antiquitus 17. q. 4.

[5] Cap. id constitutus est.

passus ambitus Ecclesiaz ex superiori distinctio-
ne : non autem domus laicorum , ne immuni-
tas porrigitur ubique . Unde in Civitatibus
propter frequentiam Ecclesiastum , & domorum
vicinitatem hæc passum exortio locum ha-
bere non posset . [6] Neque ex Sac. Congr.
decreto Oratoria in privatis domibus fundata
sunt immunitia , neque sacella publicorum car-
cerum . [7] Exceditur vero immunitas etiam
ad Palatium Cardinalium , unde non licet reum
extrahere : [8] sicuti non licet cum evellere
a corpore Sacerdotis Eucharistiam deferentis ,
ad quem confugerit . Caput autem localis im-
munitatis est , ut asyli jure sacra , & reli-
giofa loca fruatur , ideoque subiectum sit eo per-
fugium , neque inde quisquam extrahi debeat
per vim , aut per dolum , puta blandis verbis:
dumque in Ecclesia manet , non posset priuari
necessario victu , neque in vincula conci , [9]
& si extrahatur , is , qui extrahit , excommunic-
ationis poenam incipit , Summo Pontifici
reservatam , ut remitti nequeat ab alia pote-
estate , nisi a Summo Pontifice , articulo mortis
excepto , quod & veteribus Canonibus definir-
tum est , [10] & novissime per Constitutionem
Gregorii XIV. , quae incipit , eum alias nonnu-
li constitutum ; qua bulla eorum hæc immunita-

K 4

cis

[6] Cap. definitiv 17. q. 4.

4. C. inter alia 6. h. tit.

[7] Vid. Nicol. ad tit. de his
qui sui de immun. n. 23.C. presenti C. de his, qui
ad Eccles. confug.

[8] Tusch. V. Eccl. coacl. 9.

[9] C. sicut antiquitas , & C.

[9] Cap. definitiv 33. 17. q.

frater 15. q. 4.

tis argumentum plenius tractatur, atque explicatur. Præterea idem extrahens sacrilegus reputatur, cogiturque ad rerum restitutionem, refectionemque damnorum, quæ ob extractiōnem reus accepit: eritque irritum quidquid contra reum talem fuerit in judicio gestum. Id etiam immunitas præstat, ut omnis profanus actus, omnis contractus, omne mercimonium, omnis judicii species, aliudve quid cultui divino minime conveniens a sacris locis procul arceatur. Ne tamen configui spes impunitatem, & licentiam, atque frequentiam pariat gravium delictorum, certa sunt crimina veteribus Canonibus excepta, & in eâdem Bullâ nominatim expressa, quæ propter eorum enormitatem Ecclesiasticæ immunitatis commodum adimunt. Unde immunitate locali non gaudent primo, publici Latrones. Secundo, Grassatores viarum. Tertio, Depopulatores agrorum. Quarto, Hæreticus, nisi confugerit ad Ecclesiam ob aliud crimen, quam hæreticos, [11] tum enim Hæreticus gaudet, sicut & Iudeus, & Paganus. Quinto, Reus lesæ Majestatis. Sexto, Delinquens in Ecclesia sub fiducia immunitatis. Septimo, qui proditorie, siue per amicitiae simulationem occiderit. Octavo, qui occiderunt mandatu alterius, siue quos vocant assassinos: non tamen in his casibus permittitur extractio auctoritate judicis, nisi

nisi petita ab Episcopo venia, vel a Vicario, ut continetur in eadem Bulla Gregorii XIV.
 incip. *Cum alias nonnulli*. Sequitur immunitas realis rerum sacrarum, nempe vasorum, & vestium, & similium; sed & bonorum Ecclesiæ, quæ immunia sunt a vestigalibus, tributis, oneribusque aliis laicalibus, si ipsi ex antiqua fundatione competant, [12] nisi onera sint fixa, & invariabilia, quæ permanent in rebus, quamvis ad Ecclesiam transierint. [13] Ab oneribus vero personalibus, quæ corpore geruntur, Clerici sunt immunes, [14] Habent etiam Clerici privilegium, quod vocant Canonis; nempe Can. *si quis suadente*, quo violentas manus in Clericum injiciens excommunicatur, a solo Pontifice absolvendus. Habent & aliud, quod vocant Fori, quo eximuntur a potestate, & jurisdictione tribunalis laici: nisi actores sint ob rem profanam contra clericum, aut habitum, & tonsuram Clericalem dimiserint. [15] Habent hoc etiam privilegium Clerici ex celebri Cap. *Odoardus de solut.*, ut si Clericus ad inopiam adeo sit redactus, ut solvendo non sit, neque excommunicari debat,

[12] C. sanctum 1. de censib.

[13] Cap. ex literis de pign.

Gloss., & DD. C. tribu-

tum V. de exterioribus

23. q. 8. vid. descr. Sac.

Cong. apud Nicol. tit. de

sent. excomm. n. 125.

[14] Leg. 1. cum seq. Cod. de

Episc., & Cler. C. per-

venit de immun. Ecc.

[15] C. si Clericus 5., & C.

cum sit Generale foro

competent. Conc. Trid.

sess. 23. C. 6. de reform.

beat, neque vexari, sed sufficiet, ut is jure-jurando promittat, le solutum, ubi ad meliorem fortunam pervenerit.

De Censibus, Exactiōnibus, & Procurationib⁹.

T I T U L U S X X L

Census est certa pecunia, quæ de redditibus Ecclesiæ penditur [1] iis, qui præsunt, vel aliquando etiam Clericis, aliquando etiam patronis. Quod cum generale nomen sit, dividitur suæ in species, vel enim penditur a singulis Ecclesiis in signum subjectionis, præfinita summa duorum solidorum pro singulis Ecclesiis, aut pro quantitate inducta a consuetudine, & id Cathedraticum, vel Synodaticum appellatur, quia persolvitur in honorem Cathedralis Ecclesiæ ab Ecclesiis minoribus in Synodo Diocesana, [2] vel certis, & repentinis ex causis certum ad tempus, collectæ, vel tributa exigua imponuntur ab Episcopis ad periculum aliquod depellendum, gravemque necessitatem evitandam, & charitativum subsidium appellatur. Charitatis enim nomine illud

[1] C. constitutus 6. de re-lig. dom. C. recepimus 8. de privil. C. quætelam 24. de eleqt.

[2] C. conquerente 16. de off. jud. ordin. C. placuit 10. q. 3. C. pastoralis 7. de donat.

lud exigit Episcopus, non jure suo: cum extra necessitatis gravissimæ causas vetentur Praesules imponere tributa, & collectas; [3] vel visitantibus Episcopis alimentorum nomine aliquid persolvitur, & id Procuratio appellatur. Etenim latine procurare significat etiam alere. Visitare namque debent Ecclesiam Episcopi vel per se, vel per alios singulis annis; [4] aut ita, ut biennio visitatio absolvatur toties, quoq[ue] opus fuerit. Visitationi autem Episcopi subjiciuntur Ecclesie omnes, etiam exemptæ, [5] etiam regulares, si sit eis annixa cura Animarum; itemque commendata Monasteria, etiam Abbatiae, Prioratus, & Praeposituræ nuncupatae, ubi non viget observantia regularis: nec non beneficia tam curata, quam non curata, secularia, & regularia, quæ hincumque commendata, etiam exempta. [6] Et præterea subsunt visitationi Episcopi vicinoris, Ecclesie etiam, quæ sunt nullius Dicœfis; [7] necnon Hospitalia, & quæcumque loca pia, nisi sub Regum immediata protectione sint; alioquin visitationi, & correctioni subsunt etiam, si eorum locorum cura pertinet ad laicos; & Parochiales annexæ Ordini Hierosolymitano ex Pii V. Constitutio. CXXXVI. .

Nam

- | | |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>[3] Cap. omnis de censibus
Cap. cum Apostolus §.
prohibemus eod.</p> <p>[4] Conc. Trid. sess. 7. C. 8.
de reform.</p> <p>[5] Conc. Trid. sess. 6. C. 4.</p> | <p>de reform., & sess. 24.
C. 9. eod.</p> <p>[6] Conc. Trid. sess. 21. C. 8.
de reform.</p> <p>[7] Conc. Trid. sess. 24. C.
9. de reform.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Nam quæ non potest Episcopus visitare jure ordinario, qualia sunt loca exempta; ea ex nova Concilii concessionē jure delegato visitabit. Porro, quæ in visitatione ad morūm correctionem decrevit Episcopus, nulla appellatione suspenduntur. [8] Exigere autem potest Episcopus, dum visitat, alimenta necessaria a Cle-ro Ecclesiarum, quas visitat, & ex beneficiis etiam a Cardinalibus possessis, dum ne modum frugalis victus excedat.

De Capellis Monachorum.

TITULUS XXII.

CApellæ, sive Sacella hoc titulo dicuntur Parochiales Ecclesiæ unitæ, sive incorporatae regularibus, quæ olim administrandæ per Sacerdotem sæcularem erant, quem Episcopo Monachi præsentare debebant. [1] Recentioribus vero temporibus Vicarius etiam regularis ad earum administrationem constituitur ab Episcopo examinandus, & adprobandus, cuius Episcopi jurisdictioni, correctioni, & visitationi subjiciuntur in iis, quæ ad administrationem spectant Sacramentorum, exceptiis iis, quæ sunt e Monasteriorum familia. [2]

[8] Conc. Trid. sess. 24. C. [12] Conc. Trid. sess. 25. de
10. de reform.

[1] C. 1. de Capellis Monac.

regular.

DE

De Religiosis Domibus.

T I T U L U S XXIII.

Religiosas Domos non solum appellamus Ecclesias, & Monasteria, sed alia quælibet loca piis ad usus destinata; e quibus sunt Hospitalia, hospitibus accipiendis inventa, quæ græce Xenodochia; Orphanotrophia, orphanis educandis; Gerontocomia, senibus alepdis; Brephotrophia, nutriendis infantibus; Nosocomia, curandis ægrotis; Ptochotrophia, sustentandis pauperibus comparata: [1] Præter Ecclesias autem, quæ illius Episcopi jurisdictioni subjacent, in cujus Dioecesi fundatae inveniuntur, exceptis Ecclesiis Regularium, quæ nunc prævilegiis eximuntur; loca pia omnia supra emerata suæ eujuſque Dioeceseos Episcopo subjiciuntur, nisi exempta probentur, aut aliter sit in earum fundatione cautum. Quæ tamen etiam exempta poterit Episcopus, ubi opus fuerit, visitare, atque corriger: [2] exceptis Hospitalibus militarium ordinum, aut religiōrum, quibus antiqua institutionis earum decreta servanda; [3] quamobrem Sacra Concilii Trid. expresse statuit, ut Administratores tam Eccl-

[1] C. in qualibet 23. q. 8. | [2] Clem. 2. de relig. domib.
l. illud 17. l. sanctimus | [3] Dict. clem. 2. §. premissa.
18. de sacrosanct. Ecccl.

Ecclesiastici, quam laici fabricæ cujusvis hospitalis, Confraternitatis, & quorūque piorum locorum singulis annis tēdere teneantur rationem administrationis, nisi aliter sit infundatione cœatum; nam tunc, si aliis ratio redenda esset, tamen cum iis etiam ordinarius erit adhibendus, [4] nisi sub Regum immediata protectione sint. Extat præterea de Confraternitatibus Constitutio Clementis VIII., qua statuitur, ut auctoritatē ordiharii erigantur: qui ordinarius statuta Confraternitatis erigendæ cognoscere, atque examinare debet [5].

De Sepulturis.

T I T U L U S XXIV.

Certum Sepulturae locum vel juris ordinatio, vel propriæ electio tribuit. Cui libet enim licet eligere Sepulturam, ubi velit; dummodo sit ibi jus funerandi; quales sunt ex Jure Canonico Ecclesiæ Parochiales omnes; [1] & ex privilegio Sedis Apostolicæ Ecclesiæ Ordinis Prædicatorum, & Fratrum Minorum. [2] Verum quando quis mortuus deferrendus est ad Ecclesiæ mendicantium, debet cum

[4] Cont. Trid. sess. 21. C. 9, de reform.

[5] Clem. 8. in Const.; quæ incipit quæcumque 215. [2] C. ubicumque 13. q. 3.

Abbas in Cap. certificati de sepult. n. 8.

Clem. Hocum s. hujasmodi de sepulturis.

cum iis etiam proprius intervenire Parochus , servato Sac. Congregationis præscripto . [3] Unde uxor in uito marito , & filius pubes , etiam si sit in potestate patris , liberam habent Sepulturæ optionem ; [4] non vero impubes , cui ob inopiam consilii potest pater eligere Sepulturam ; [5] si id consuetudo loci patiatur ; alioquin humandus in Parochia , vel in Sepulcro majorum . Neque possunt eligere Religiōsi , qui suo arbitrio carent , nisi longius absint a suis Monasteriis , ut eo commode transferri nequeant ; neque capitis damnati , neque furiosi ; & qui aliquem indebitē sepelient , jubetur cadaver illud reddere Ecclesiaz , ad quam spectat , sicut cum emolumenüs , quæ ob eam causam illi obvenerunt . [6] Si quis autem Sepulturam non elegere , sepeliendus est ad Canonum præscriptum , quod est tale . Regulariter sepeliendum cadaver est in Sepulcro majorum suorum ; vel si eo careat , in Ecclesia Parochiali , ubi Sacramenta vivens accepit ; [7] ac si duabus in Parochiis Divina participaverit , aut utrobius domicilium haberet , locus est præventioni , & divisioni quartæ funeralis ; aut Episcopali sententia , si secum convenire

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>[5] Apud Nicolatum tit. Civ. in lib. 4. tit. 15. n. 25.</p> <p>[4] C. de uxore h. tit. C. penult. eod. in 6.</p> <p>[5] C. penult. de sepult. in 6.</p> | <p>[6] C. ex parte C. cum liberam 6. de sepult.</p> <p>[7] C. 1., & C. in nostra de sepult. C. 15. qui eod. in 6.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

venire nequeant. [8] Ac si se rus brevis temporis caula contulerit, transferendus est ad urbanam suam Parochiam, si id sine periculo fieri possit. [9] Uxor mariti Sepulturam sequitur, quando non elegerit: & si plures maritos habuerit, humanda est in Sepulcro postremi, cuius domicilium retinet, & honorem. [10] Peregrini, si Sepulcris majorum careant, aut eo commode deferri nequeant, sepeliendi sunt in Ecclesia Parochiali, si Sacra menta ibi perceperint; alioquin locus erit præventioni Parochiale inter, & Cathedram. [11] Prælati vero regulares sepeliendi sunt in Ecclesiis, quibus prælunt. [12] Excluduntur ab Ecclesiastica Sepultura, primo, ii, qui consulto sibi manus attulerunt. [13] Secundo, decedentes in singulari certamine, aut in ludis gladiatoriis, aut in pugna cum bestiis. [14] Tertio, Blasphemi impoenitentes. [15] Quarto, Raptore, qui non satisfecerint. [16] Quinto, Fures, & latrones in flagranti crimine occisi, absque Sacramento Pœnitentiæ occumbentes. Sexto, Monachi mortui cum peculio. Septimo, nominatim interdicti, & excommuni-

- | | |
|------------------------------------------------|---------------------------------------------------------|
| (8) Gloss. C. cum quis 3. not. | (13) Cap. placuit 25. q. 5. C.
de sepult. 5. 6. arg. |
| C. duobus de rescriptis in 6. | quibus 13. q. 2. |
| (9) C. is, qui de sepult. in 6. | (14) Conc. Trid. sess. 25. Cap. 19., & C. 1. in fine de |
| (10) C. 3. §. mulier eod. in 6. | Torneam. |
| (11) Ricc. in praxi dec. 659. | (15) C. statuimus infra de
maled. |
| (12) Archidiac. Cap. cum quis de sepult. in 6. | (16) C. 2. infra de rap. |

communicati. [17] Octavo, Impoenitentes omnes, quos tales deceperisse constiterit. Nono, qui in Paschate Pœnitentiaz, & Eucharistiaz Sacramentum omiserunt. Decimo, Usurarii. Pro Sepultura vero vetitum est quidquam exigere, nisi quantum moderati sumtus inductum ab aliqua consuetudine fuerit, si Parochiani gratis solvere cœperint, & sponte, ac sine pactione; talisque præstatio Parochianorum arbitrio præfiniatur, accedente ad eam consuetudinem totius populi voluntate. [18]

De Canonica portione.

TITULUS XXV.

CUM quis aut Sepulturam majorum suorum habet extra Parochiam, aut extra eamdem alibi elegerit, ex relictis Ecclesiæ, ubi sepelitur, detrahenda est quarta pro Ecclesia Parochiali, quæ quarta Parochialis appellatur. [1] Item ex relictis Ecclesiæ in Diœcesi existenti detrahitur quarta pro Episcopo, quæ quarta dicitur Episcopalis; (2) & utræque Canonicae portionis nomine continentur. Ac sane quarta Parochialis ea ratione detrahitur, quod ea Ecclesia, quæ ministerium præbuit Sa-

L
cras

(17) Clem. i. de sepult.

(18) Vallens. in decret. tit. de sepult. §. 8.

2) C. cum super, & C. i.

& C. certificati de sepult.

(2) C. requisisti in princip. de restam.

oramentorum, digna sit, quæ lucri partem pro levamine laborum consequatur; eademque ratio induxit quartam Episcopalem ob suscep-
tam ab Episcopo Animarum curam. [3] Est autem Parochialis quarta, varie definita pro consuetu-
dine, scilicet Regionis, aut Ecclesiaz; modo
scilicet dimidia, modo tercia, modo quarta
pars integra. [4] Amittitur autem ius quar-
tae Parochialis, si 40 annis cum titulo, aut
hunc titulo ab immemorabili tempore præfici-
batur. [5] Detrahitur quarta hæc ex cande-
lis, aliisque lucris funerum, & de relictis ex
Ecclesiaz, ubi quis sepelitur: [6] & iis, quæ
in mortis extremo relinquuntur: non ex do-
nationibus inter vivos, neque ex legatis pro
ornamentis, fabrica, luminaribus, anniversa-
rio septimo, vicefimo, aut trigesimo die, aliisque
in divina cultua perpetuo relictis, dum-
modo talis color non sit quæsus, ut suo jure
Parochus privetur. [7] Item dummodo hæc
relieta non sunt Fratribus Minoribus, & Prä-
dicatoribus, qui & in his, uti & in ceteris
legatis, detractionem patiuntur. [8] Neque
detrahitur de relictis pro male ablatis, aut pro
equis, & armis militum Hierosolymitanorum
in-

(3) Innoc. C. cum super 8.
C. in nostra 10. de sepult.
C. cum quis eod. in 6. C.
requisti 25. de testam.
(4) C. 1., & 2. de sepult., &
C. certificari 9., ubi DD.
eod.

(5) Abbas C. certificati de se-
pult.
(6) Gloss. & Abbas eod.
(7) C. ult. de testam. C. in
nostra 10. de sepult.
(8) C. 2. §. hujusmodi Clem.
de sepult.

in praesidium Terræ Sanctæ. [9] Et debetur quarta ista funeralis illi etiam Parochiali, cui aliquid fuerit legatum, cum quo haec minime compensatur: eam enim quartam non debet defunctus, sed Ecclesia, ubi sepelitur ex ejus electione. [10] Episcopalem vero quartam detrahit Episcopus de iis, quæ relinquuntur quibuslibet suæ Dioceceseos Ecclesiis, etiam exemptis: [11] quamvis testator Ecclesia, non Episcopo velle relictum expreſſerit. [12] Neque aliter ab ea Episcopus excluditur, nisi per quadragenariam præscriptionem, [13] ejusque quantitas, uti Parochialis, etiam varie pro loci consuetudine definitur. Et sicut Episcopus deducit ex relictis Ecclesia, ita & Ecclesia Cathedralis deducit ex relictis Episcopo, nisi relinquatur a propinquo, aut expresse a testatore excludatur. [14] Et si relictum sit aliquid Episcopo, & Ecclesiæ Cathedrali conjunctim, sit inter eos Canonica divisio, etiam si partes testator facerit, nisi velintflare voluntari testatoris. Quamvis autem Episcopus etiam ex relictis in favorem Capellarum, & Monasteriorum partem detrahat; eas tamen non detrahunt ex relictis Episcopo, in qua distinguuntur

L 2

tur

(9) Cap. in nostra de sepult.

(10) Clem. dudum de sepult.

Vallens. hoc tit.

(11) Cap. off. de testam., &

cam. constitutum, ubi

Gloss. V. tertium 16. q. 1.

(12) C. requisiti vers. si quis autem de testam.

(13) C. de quarta de præscrip.

(14) C. requisiti §. ab extra-

neo de testam.

tur a Cathedralibus, quibus cum Episcopo con-
junctio est arctior.

De Decimis.

T I T U L U S XXVI.

Decima est quota mobilium bonorum Sacris Ministris debita, pro quibus ex omnibus fructibus rerum sive immobilium, sive mobilium, tum viventium, tum non viventium, & ex quacumque honesta negotiatione decima pars est detrahenda: [1] quæ pars passionibus, vel consuetudinibus redigi potest ad minorem quantitatem. Sunt autem decimæ vel prædiales, ex fructibus nempe prædiorum, aut ædium; vel personales, ex honestæ artis, aut professionis, aut venationis, aut pescationis, aut laboris lucro; [2] vel mistæ, de fructibus scilicet, quos ex gregibus, & armentis industria nostra percipimus. [3] Hoc autem præcipue differunt personales, & mistæ a prædialibus, quod prædiales debentur sine impensarum, aut tributorum deductione; nam sine illa

[1] C. ex multiplici 3. C.
non est 22. de Decimis
C. pervenit 5., & C. ex
transmissa 23. eod.; & C.
ex parte C. a nobis 24.
cod.

[2] C. ad Apostolic. 26. C.
tua nobis 26. C. non est,
C. ex patre; & seq. de
decimis.
[3] C. pervenit cum seq. de
decimis.

Hæ deductione sunt etiam fructus, [4] & debentur Parochiis, quarum in finibus prædia sunt sita; [5] aliæ vero solvuntur Parochiis, in quibus Sacra menta percipiuntur, & solvendæ sunt, deductis expensis: id enim intelligitur in negotiatione lucrum, quod supereft, sumptibus deductis; [6] solvuntur vero decimæ Parochis, qui debent ex exactis decimis detrahere pro Episcopo quartam, quæ appellatur quarta Decimarum. [7] Ad solutionem prædialium Decimarum non modo Christiani omnes tenentur, sed etiam Judæi, & Pagani, si prædia possideant; propterea quod onus Decimarum inest prædiis ipsis, cum quo onere prædia transeunt ad quoscumque: [8] adeout ex prædiis locatis Decimas conductor, qui fructus colligit, solvere cogatur, cum Decima sit pars fructuum, non prædii. [9] Neque ab obligatione præstandarum Decimarum quis eximitur, nisi primo, ex privilegio Summi Pontificis. [10] Secundo, præscriptione immemorabili, si sit sine titulo, cum titulo vero præscriptione quadraginta annorum. [11] Ter-

L 3

tio,

[4] C. cum homines 7., &
C. non est 22. de decim.

[5] C. quoniam 13. eod.

[6] C. ad Apostolicæ, C. 20.
de decimis.

[7] C. de quarta de præscr.

[8] C. commissum 4. C. nun-

cios 5. C. ex transmissa
23. de decim. C. ult. 6.
exterum eod. in 6. C.

terris, C. si quis locus
cum sim. 16. q. 1. C. cum
non sit 33. h. tit. C. pa-

storialis eod.

[9] C. dilecti C. a nobis de

decimis.

[10] C. Pastorialis de decimis.

[11] C. 1. de præscript. in 6,
C. 4. 6., & C. 8. de præ-
script.

tio, conventione, sive paetis. Quarto, voluntaria remissione. [12] Ex praediis vero, quæ recenter ad culturam rediguntur, cum antea frugifera non essent, quæ appellantur novalia. Decimæ debentur Parochiali Ecclesiæ, cujus in finibus novalia exsurgunt, vel si exsurgent intra diversarum Parochiarum limites, debentur iis Parochiis, in quarum sunt limitibus, pro modo limitum, quibus agri continentur. [13] Si vero ex limitibus portio prædiorum definiri non possit, standum est Episcopi sententia, utri velit plus, aut minus attribuere. [14] Porro si concedatur perceptio Decimarum, concessa non censemur Decimæ novarium: quia hæc novam habent causam: [15] nec si alicubi Decimas prescripserit, prescripsisse censetur novarium Decimas, quia hæc postea prodierant. Decimas vero non solvens est excommunicandus, & Ecclesiastica Sepulta privandus. [16]

[12] C. quia circa de privil.

C. ult. 16. q. 1.

decimis.

[13] C. cum contingat de de-

[15] Cap. cum contingat de
decimis.

cimis C. quoniam 13.
cod.

[16] C. omnes decim. 16. q. 7.
Conc. Trid. C. 12. fess.

[14] DD. Cap. pervenit de

25. de reform.



DE

De rebus Ecclesiæ alienan- dis , vel non .

TITULUS XXVII.

NON solam Ecclesiasticis, sed & Civilibus Legibus rerum Ecclesiasticarum alienatio prohibetur, si necessitas non urgeat, [1] & latissime accipitur alienationis vox, ut etiam hypothecam, & locationem ultra triennium, nempe ad longum tempus comprehendat. Permissa tantum est alienatio rerum, quæ retentæ corrumperentur, [2] aut proventu carent, quales sunt terrulæ, vineolæ, aliæque immobiles exigui pretii: [3] quibus exceptis, si quid alienetur, incurritur poena Extravagantis Ambitiosæ, cum irritatione contractus, ut ex decreto Sacrae Congregationis ab Urbano VIII. confirmato. [4] Suffinebitur vero alienatio, si proceferit ex urgenti necessitate, puta æris alieni dissolvendi; [5] vel si pietas suadeat ad redimendos captivos, aut alienos pauperes, [6] quorum causa bona in Ec-

L 4 clefia

[1] Novel. 120., & 7.

[2] Extravag. ambitiosæ h.
tit. Conc. Frid. sess. 25.
C. 11. de ref. Sac. Cong.
apud Quarantam in sum-
ma bull. V. alienatio.

C. terrulas 12. q. 2.

[4]. Vid. Nicol. inst. civil.

lib. 2. tit. r. n. 29.
[§] Clem. p. h. tit. C. i. de

[6] C. aurum C. Gloria 7.

clesia conservantur, vel utilitas manifesta Ecclesiaz id flagitet. [7] Accedere tamen oportet ad permissam hanc alienationem etiam solemnitates: nempe communicandus contractus cum Clero, ejusque consensus, atque subscriptio, & Prælati auctoritas sunt adjungenda, [8] Præscriptio vero prævalet contra Ecclesiam quadragenaria: contra Ecclesiam vero Romanam tantum centenaria. [9] Est & quedam alienatio non prohibita, delicendens ex contractu Jure Canonum celebrato, [10] cuius habemus etiam in Justiniano jure vestigium, [11] quæ precaria vocatur ob id, quod similitudinem habeat cum precario, quo res nostras rogati, concedimus aliis fruendas, nostroque arbitrio repetendas, a quo precaria hæc differt, quod hæc revocari nequeat, nisi præter rationem contracta fuerit, sed ad longum tempus, vel ad vitam data, quinto quoque anno renovanda. [12] Est & concessio ususfructus rei Ecclesiasticae, vel in retributionem donationis Ecclesiæ factæ, vel in remunerationem obsequiorum, & Ministeriorum, quæ quis Ecclesiaz præstiterit. Quo contractu traduntur tantum res immobiles, cum contractu precarii tam mobiles, quam immobiles concedantur.

(7) C. ut supra h. tit. d. Cl. 1. | de præscript.

(8) C. 1. de rebus Eccl. non | (10) Tot. tit. de precar.
alien. sine except. C. alie- | (11) Nov. 120, de alien., &
nationes 12. q. 2. | emphit.

(9) C. illud C. ad audientiam | (12) C. 1. de precar.

DE

De Peculio Clericorum.

T I T U L U S XXVIII.

PEculium dicitur quasi parva pecunia, [1] quod Jure Civili est vel castrense, vel profectitum, vel adventitium. Adventitium est, quod ex donationibus, vel ex hereditatibus sive extraneorum, sive consanguineorum descendit; profectitum, quod ex bonis paternis; castrense, quod in militia ex belli occasione comparatum est, quasi castrense vero, quod ex literarum, & artium professione fuit acquisitum. Ad castrense autem peculium redigunt bona Clericorum, quae in Ecclesiæ ministerio comparaverunt; cum haec sacra militia merito appelletur. Clericus enim aut patrimonialia possidet, & eorum distractio, atque consumtio ipsius arbitrio relinquitur; aut possidet ea, quae de bonis Ecclesiasticis sibi assignatis ad eum pervenerunt, veluti fructus beneficii sibi attribui, & hi etiam ipsius arbitrio permittuntur, cum in illius dominium transeant ex receptione sententia; sed certo modo eos debet administrare, ut scilicet, quod ei superest ad vita necessaria, in pios usus conferat. [2] Morienti vero Clerico in rebus patrimonialibus

(1) L. depositi §. 2. ff. de pecul. (2) D. Thom. 22. q. 185. art. 7.

nialibus succedunt, vel proximi ab intestato; vel ex testamento ii, quos heredes instituit, aut Ecclesia, si neque legitimos, neque testamentarios heredes reliquerit. [3] De rebus autem propria industria quæsitis, & de fructibus beneficiorum, quos quotidiano victui parændo sibi reservavit, liberum habet statuendæ arbitrium. [4] Alios vero beneficiorum fructus, et si viventes Clerici valide donent, morientes tamen testamento relinquere vetantur veteribus Canonicis. [5]

Meliorationum porro a Clerico in beneficiis factarum tum possunt heredes illius estimationem reposcere, si constet, factas fuisse patrimoniali pecunia.

Quod si Clericus ante suscepsum ordinem, bona quoecumque Ecclesiastica adquisita, nulla bona, vel exigua tantum possedisset: quidquid reliquit, e beneficiorum fructibus collegio presumitur; ideoque ad Ecclesiam pertinebit, etiamsi sit alieno ematum nomine. [6]

Ad quam etiam Ecclesiam pertinebit quidquid illius eaufa in Clericum translatum fuisse. (7)

Verum

(3) C. ubi Gloss. de succ. ab intestato.

(4) E. quia nos de testam.

(5) C. 1., & 2. C. cum inoff. G. quia nos C. relatum

12. de testam. C. Episc.

12. q. 1.


(6) E. inquirendum de pecun.


Cleric. C. investigand. 1. eod.

(7) C. 1. de testam.

Vérum præsens temporum consuetudo remis-
tor est in Clericorum bonis inquirendis; per-
mittitque iis de perceptis fructibus testari.
Qui vero Religioso alicui Ordini adscribitur,
is qualibet de re testandi facultatem amittit;
si tria, quæ vocant substantialia, vota edide-
rit, nemp̄ paupertatis, castitatis, & obe-
dientie.

F I N I S
L I B R I S E C U N D I.





INSTITUTIONUM JURIS PONTIFICII *LIBER TERTIUS.*

De Judiciis.

TITULUS I.



Udicum est causæ discussio in foro coram Judice, quæ discussio ex jurisdictione procedit. Est autem jurisdictione potestas de causa sive civili, sive criminali, judicandi, & judicata exequendi. Dividitur vero in saecularem, & Ecclesiasticam. Ecclesiastica vero distinguitur in spiritualem, qua Ecclesia utitur ad condemnandos errores, & doctrinam emendandam; atque in temporalem ad reos coercendos, & sententias exequendas. Judicium constat ex auctore, reo, judge, & causa, de qua agitur, C. forum & constat V. S., ac dividitur primo in spirituale,

le, in quo de re, aut jure spirituali agitur; temporale, in quo agitur de re temporali, & mixtum, quod ex utroque trahit; rursus aliud est judicium delegatum, aliud ordinarium; ordinarium est, quod coram judice ordinario exercetur. Est autem ordinarius judex, qui universalem jurisdictionem habet, sive jure suo, sive superioris beneficio, quales sunt Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, qui & jurisdictionem suam alteri delegare possunt, quales Legati Sedis Apostolicæ, qui habent & ipsi jus delegandi, cum sint instar ordinariorum. [1] Judicium delegatum est id, quod coram judice delegato exercetur: Judex autem delegatus est is, qui non habet jurisdictionem jure suo, sive jure Magistratus, sed mandatam sibi ab alio, nempe a judice ordinario, quapropter non potest eam jurisdictionem alteri mandare, [2] nisi delegatus sit a Principe, tum enim subdelegate alium poterit. [3] Est etiam judicium vel civile, ubi de bonis, & juribus agitur, vel criminale, ubi agitur de delictis. Dividitur præterea judicium in petitorium, & possessorium. Petitorium est, in quo de proprietate agitur, vel de alio jure seorsum a possessione, vel quasi: possessio est rerum corporalium, puta prædiorum; quasi possessio est incor-

(1) C. 2. de off. leg. in 6. | Clem. unica eod.

ff. de re judic. C. 4. ubi DD. de foro compet.

(2) Leg. a Divo Pio in princ.

(3) C. alt. §, penult., & C. significasti de offic. deß.

porarium, uti ususfructus, servitutis. (4) Dicimur autem agere petitorio, si petamus hæreditatem, vindicemus servitutem, vel quocumque de jure, puta eligendi, aut de dominio disceptamus. Judicium possessorum est, in quo de sola possessione queritur, nempe possideat ne quis, an non, & de adipiscenda, retinenda, & recuperanda possessione, reservata quæstione dominii ad maturius examen. Etenim nihil habet commune possessio cum proprietate, [5] licet possit utrumque judicium cumulari. Separata vero quæstio de possessione præstat, ut possessione probata, adversario incumbat probare jus suum in petitorio, quo non probato, res manebit apud possessorem. [6] Tandem judicium dividitur in extraordinarium, & ordinarium. Extraordinarium, quod & summarium dicitur, est, in quo negliguntur solemnia, & subtilia judiciorum, servatis tantummodo substancialibus, nempe iis, sine quibus veritas non cognoscitur, & alia sunt judicia possessoria, causæ electionum, hæreseos, in quibus sufficit adducere probations necessarias, citare, jurare de calunnia, & sententiam proferre in scriptis, judice stante, vel

(4) L. 4. in princ., ubi Gl.
de acquir., vel amitt. poss.

I. si quis diurno in princ.
ff. si servitus vindic.

(5) C. 3. 4. 6. de cauf. poss.
& propr. I. naturaliter §.

nihil commune ff. de
acquirenda poss.

(6) §. commodum posses-
sionis iust. de interdictis I.

ult. Cod. si servitus vin-
dicetur.

vel sedente. [7] Ordinarium vero est, ubi solemniter proceditur, servatis omnibus judicibus actis.

De Procuratoribus.

T I T U L U S II.

Procurator ex Ulpiani definitione is est, qui alieno negotiis mandatu domini administrat. Sunt autem Procuratores vel extra iudiciales, ad negotia extra iudicium gerenda, vel iudiciales ad suscipiendas, & agitandas in iudicio causas nomine alieno. Constitui in Procuratores in iudiciis possunt, quicumque non prohibentur. Prohibetur vero primo, minor XXV. annis ex jure communi; us plures existimant: [1] in Urbe vero minor XX.. Secundo, Mulier propter sexus pudorem. [2] Tertio, Miles. [3] Quarto, Redemptores litigantes. [4] Quinto, Excommunicatus. Sexto, Fiscus, Universitas, & Civitas, ne publicam potentiam privatum adversarium opprimant. [5] Septimo, qui reipublicae gratia est abfuturus.

Octavo,

(7) L. pax de moment. poss.

h. momentanea Cod. un.
de vi C. novit de judic.
Clem. sape de V. S.

[1.] L. exigendi Cod. de pro-

curator. ubi Jason. n. 19.
& l. neque n. 3. Cod. eod.
Panormie. in C. non ju-

ste eod.

[2.] L. neque soenius l. so-
miges ff. eod.

[3.] L. qui stipendia Cod. eod.

(4) C. intelleximus de judic.

(5) L. 3., & tot. tir Cod.
ne fiscus, vel resp., &
Cod. ne liceat potestior.

Octavo, Episcopus, & universi Sacerdotes, & Monachi, exceptis Monasterii causis, ne a Divino Ministerio abstrahantur. [6] Nono, Regulariter Clerici prohibentur apud judicem sæcularem postulare, nisi pro Ecclesiæ suæ causa, vel necessitate coacti pro conjunctis, aut miserabilibus personis. [7] Non tamen in omnibus causis dari Procurator potest, nam in criminalibus non licet constituere Procuratorem, sive ad accusandum, sive ad defendendum. [8] Expirat autem procurationis mandatum pluribus modis: primo, morte mandantis, re integra, [9] re autem non integra, sive lite contestata, potest mandatum expirare, si Prælatus, vel alius pro Ecclesia, vel beneficio Procuratorem constituerit. Nam Prælato, vel alio decedente, Sedeque vacante, lis non progreditur. [10] Secundo, morte ipsius Procuratoris, mandatum enim non transit ad hæredem. Tertio, mutuo dissensu constituentis, & constituti. [11] Quarto, per revocationem a domino factam, lite nondum contestata, nam lite contestata, Procurator dominus litis efficitur, nonnisi ex justa causa revocandus, veluti si

(6) C. Monachus 16. q. 1. clem. 3. de Cleric., vel

Monach. eod. tit. in decr.

(7) C. ult. de postul.

(8) C. veniens de accus. 1.
penult. §. ad crimen ff.
de publicis judiciis.

(9) L. nulla Cod. de procur.
I. & defunctus ff. eod.

(10) Clem. ult. de procurat.
Cap. 1., & ult. ne Sede
vacant.

(11) L. unica §, ubi autem
C. de caduc. toll.

si suspectus sit , vel affinis detegatur adversarii , vel morbo affectus . Quinto , si dominus item per se agere velit .

De Arbitris.

T I T U L U S III.

Arbitr^e est in jure , qui consensu partium , sine jurisdictione , sine judiciali forma de controversia , judicioque cognoscit . Est autem vel Arbitr^e juris , quando alicujus arbitrium eligitur jure , vel statuto aliquo , aut consuetudine ita jubente ; ut evenit inter coniugios invicem litigaturos , qui etiam dicitur Arbitr^e necessarius : vel est Arbitr^e voluntarius , qui suscipitur sponte a partibus , ut sineulla judiciali figura , apud eum disceptetur , & appellatur etiam arbitrator , & amicabilis compositor : cuius arbitrium , quia prorsus in eo negligitur omnis forma juris , non appellatio ne , sed boni viri arbitratu corrigitur . (1) Vel Arbitr^e suscipitur etiam voluntate partium , & in eum compromittitur , ut servetur forma juris , & is quidem simpliciter Arbitr^e dicitur , cuius arbitria sunt instar judiciorum . Dicitur autem Arbitr^e receptus , quia in eum fuit compromissum , & is causam ex compromisso recepit , adjecta pœna contra eum , qui sententiaz

M

non

(1) L. societatem s. arbitrorum ff. pro socie.

non paruerit. Jure tamen Codicis, etiam si nulla pena interveneret, ut Arbitri sententia obliget, satis erit suisse homologatam, sive adprobatam, aut expresse, puta per subscriptio-nem partium, aut tacite per decem dierum lapsum, quo spatio, si partes tacuerint, sententia tenentur. (2) Verum Jure Canonico si pena sit adjecta, poterit adversus dissentientem agi ad poenae solutionem; sin minus, contra non parentem agendum erit, ad id, quod interest, refectis sumptibus litis. (3) Ceterum si arbitrium, vel laudum tacite, vel expresse adprobatum fuerit, vel iurejurando firmatum, parentum ei erit ab utraque parte, veluti sententia judicis. (4)

De in Jus vocando.

T I T U L U S IV.

IN Jus vocare idem est, quod citare; citatio autem est actus judicialis, quo jussu Judicis quis in judicium sui juris experiundi causa vocatur, atque ab ea quodlibet judicium est inchoandum. Est autem vel realis, qualis erat apud Veteres, per manus injectionem in eum, qui vocatus in Jus ire nollet; vel verbalis;

[2] L. cum antea Cod. de receptis arbitris.

arbitris C. 2. de pacificis in 6., & tot. tit. de iuris.

[3] C. per tuas de arbitris.

[4] C. 2., & C. per tuas de

halis, quæ procedit ab auctoritate Judicis, eius jussu verbis, vel literis quis in judicium vocatur; sive per facellitatem vocetur, aut nuntium, aut apparitorem; sive per praconem, tubam, aut campanam; sive propositis edictis, quæ dicitur vocatio, & citatio edictalis, ea que tum emititur, cum quis nequit alio modo citari, sive ob loci periculum, aut distantiam, sive ob rei latitantis fugam. (1) Hinc edictalis citatio, ut ad notitiam citati perveniat, proponi debet in locis vicinis, nam ex locis remotioribus non cogit. (2) Item citatio est vel juris, cum ipsa lex terminata, aut diem ad aliquid faciendum statuit, quo elapsa, quis damnum incurrit, (3) vel hominis, cum quis mandato Judicis, ut diximus, in Ius vocatur. Rursus citatio est vel simplex, vel peremptoria. Simplex est, quæ citato non ante contumaciam adscribit, quam post tres terminos certis dierum intervallis præfinitos, quæ intervalla decem dies singula continebant iure veteri, at jure novo continent triginta; (4) quæ tamen arbitrio Judicis pro loci, ac rei qualitate restringuntur, aut laxantur. (5) Re-

M 2

remto-

[1] C. causam de dolo, & contum. Clem. 1. de jud. C. statuimus, ut ii de offic. deleg.

[2] Clem. unica, & C. ubi periculum s. porro de elect. in 6.

[3] Cap. 1. de appell. in 6.

[4] Aut. qm̄ semet, & tres denunciations C. quomodo, & quando judex 1. & tertium ff. de judic.

[5] L. nonnunquam in fin. ff. de judic. C. consuluit de off. deleg., & C. 1. de ferias.

rematoria citatio est, quæ instar est omnium simul simplicium, quarum spatium restringit; easque ita perimit, ut si ad constitutum dicitur titulus non comparuerit, contumax habeatur: (6) Ut autem citatio recte procedat, haec sunt observanda. Primo, fieri debet instante parte, exceptis publicis causis, ubi Judex ex officio procedit. (7) Secundo, continere debet mandatum Judicis competentis, sive ordinarii, sive delegati, ne alioquin sit inefficax, (8) & delegatus inserere debet suæ delegationis literas, & tenorem. (9) Tertio, exprimendum est nomen, & cognomen citati, ne in anticipata persona quis decipiatur. Quarto, indicanda saltem est lis, & causa, propter quam reus citatur, ut se possit ad judicium comparare. (10) Quinto, notandus est judicij locus, ut reus secum de fori competentia, & securitate accessus deliberare queat. (11) Sexto, inferendus est dies judicio dictus, ne reus ad diem compareto cogatur, in quo venire ad Judicem non tenetur. Ubi autem Nuncius citandi mandatum acceperit, debet citationem exequi, sive mandatum implere, ipso reo citato; ac si ejus

[6] DD. 11, ff. de iudiciis
Innoc. C. 22. ad petitio-
nem de accus.

[7] C. qualiter 34. de accus.

[8] L. neminem Cod. de ex-
hib. reis.

[9] L. cum in iur. de offic.
deleg.

(10) C. præterea de dilationi-

bis, ubi Gloss. C. cum
dilecti de dolo, & con-
tum. Clem. 2., ubi Gloss.
in V. plene ut lice pend.
(11) C. statutum §. in nullo
de rescript. in 6. C. pen-
de off. Vicarii Clem. per-
storatis §, notorium de-
sent., & re judic.

eius cōveniēndi facultas non fiat, eirato prius procuratore, vel relicto in domo rei citatio-
nis exemplo, quam copiam vocant, aut in-
vicinia, ut citatio innotescat. (12) Quod ubi
fuerit executus, debet id in acta referre, sive
relationem citationis executar apud acta publi-
ca facere, (13) cui relationi creditur propter
ipsius fidem publice electam. Effectus autem
citationis sunt. Primo, ut qui citatus non
comparuerit, dolosus reputetur, & contumax,
ideoque certis pœnis in eum animadvertisatur.
(14) Secundo, perpetuat Judicis delegati juris-
dictionem, (15) unde, si post citationem quis
alterius Judicis forum sortiatur, in ea cauſa
jus revocandi demum non habeat, sive non
potest actorem trahere ad novum forum, cui
subesse coepit. (16) Tertio, interrupuit præ-
scriptionem. (17) Quarto, litis pendentiam
inducit, ita ut nihil interea possit innovari.
Citari vero quis debet apud suum, & compe-
tentem Judicem, non vero apud eum, cui
jurisdictioni non subest. Hinc oportet attingere
aliquid de foro competenti. Forum autem quis
nanciscitur pluribus modis. Primo, ratione
domicilii, ac si quis opes pluribus in locis ha-
beat,

M 3

(12) C. causam de dolo, &
contum. Gloss. in Cap.
cum a nobis de test.

(13) C. cum dilesti de dolo,
& contum. C. veneribili
de off. deleg.

(14) C. proposuisti de foro
competenti.

(15) C. 10., & ult. de offic.
deleg.

(16) C. proposuisti, ubi Gloss.
de foro compet. C. gra-
tum de off. deleg.

(17) L. ult. Cod. de annal.
except.

beat, & ibi alternis temporibus, æquis tem-
porum spatiis moretur, hisdem omnibus in loc-
cis domiciliis habere censetur. (18) Secundo,
ratione rei quæsitæ, unde reus conventus actio-
ne reali, vel mixta, ibi respondere tenetur, ubi
sita res est, de qua agitur, sive immobilis sit;
sive mobilis, quæ ibi sit permanens. (19) Ter-
tio, ratione concrectus: in cuius Territorio
enim contractus est initus, apud eum Judicem
contrahentes disceptare coguntur; ibi autem
quis contraxisse dicitur, quo solutionem desti-
navit. (20) Quartio, ratione delicti: in cuius
enim Judicis loco quis delictum commisit, il-
lius animadverberia subjicitur. (21) Quinto,
ratione consensus: si quis enim in Judicis non
sui jurisdictionem consentierit, tum ibi conven-
tus non potest litigantem alio trahere; (22) ex-
cepto Clerico, qui non potest in Judicem laic-
cum eith ordinis iuris consentire, non enim
in potestate singulorum est publico juri deroga-
re. Sexto, ratione continentiae causarum,
cum feliciter causa ita connexæ sunt, ut quasi
eadem linea continuata, non possint in pluram
tribunalia scindi; ne contrariis sententiis eadem
fecerint

(18) C. dilecti de foro com-
pet. I. Labeo cum seq. §.
penult. ff. ad municipa-
lēm.

(19) Cap. sane C. ult. de fo-
ro competenti I. ult. Cod.
ubi in rem act.

(20) Dict. C. ult., & C. 1. de
foro competenti in 6. l.

contraxisse de oblig., &
action. I. 1. Cod. de ju-
risd. omn. jud.

(21) Cap. postulasti, & C. ult.
de foro competenti.

(22) Dict. Cap. significasti,
& C. 1., ubi Gloss. de
off. de leg. I. & conven-
dit ff. de jud.

secunda res pugnare videatur. (23) Septimo, ratione privilegii, quales sunt Clerici, qui in forum saeculare propter dignitatem ordinis, ne volentes quidem, conveniri possunt: (24) nisi Clericus fuerit Vassallus, & de causa feudal agatur, (25)

De Dolo, & Contumacia.

T I T U L U S V.

Contumax est, qui Judici, vel Magistratui non obtemperat, qualis est is, qui tribus edictis, aut uno pro tribus, quod per remtorum dicitur, ad judicium vocatus, venire neglexerit, sive sum copiam non fecerit, cum nulla justa causa impediretur, (1) vel cum venerit, Judici obtemperare recusaverit, (2) aut sine Judicis venia suscepsum judicium defseruerit. (3) Pluribus autem poenis Judicis arbitrio subjiciuntur contumaces, ac primo, litis damno, (4) Secundo, multa per Judicem dicta. (5) Tertio, condemnatione in sumptus M 4 litis.

- | | |
|-------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------|
| (23) C. penult. de integr. restit. | judic. |
| (24) Cap. ex transmiss. cum seq. eod. | (2) L. unica si quis iudicentur non obtemperaverit. |
| (25) Cap. cum contingat, & Cap. postulasti, & Cap. si diligenti de foro competenti. | (3) C. causam de dolo, & contumacia. |
| (2) L. contumacia ff. de re | (4) L. contumacia ff. de re judic. |
| | (5) L. 2. ff. si quis in ius vocatus. |

litis. (6) Quarto tandem, ubi alia ratione coerceri quis nequeat, habet locum excommunicatio. (7) Sed celebrior poena contumacium est missio in possessionem bonorum petitorum non tanquam dominus, sed tanquam custos rei servandæ causa. (8) Ac si per annum reus in ea contumacia perduraverit, neque dederit cautionem de stando juri, sive non promiserit se judicio ad futurum anno elapsō, actor in vera possessione bonorum constituitur, reservata absenti quæstione super proprietate. (9) Quartum possessionum prima inducit pignus prætorium, traduntur enim res loco pignoris; & dicitur possessio ex primo decreto. Secunda vero constituit veram possessionem, in quam actor immittitur tanquam dominus, & immiti dicitur ex secundo decreto,

(6) C. cum dilecti h. tit.

(7) Conc. Trid. sess. 24. C. 3. de reform. C. tue fraternalitatis, ut lite non contest.

(8) C. uit. §. in alio, ut li-

te non contest.

(9) C. prout nobis, & C. continget de dolo, & contum. C. i. de eo, qui mittitur in possess. rei servand. causa.



DE

De Libelli conceptione, & oblatione.

T I T U L U S VI.

REO vocato, eidemque Judicem adeunti significanda est causa, cur vocatus fuerit, quod sit oblato Libello, ex quo petitionem actoris intelligat, & secum reputet, cendum ne sit actoris petitioni, an potius resistendum. Est enim Libellus compendiosa scriptura, ex qua colligitur actoris petitio contra reum. (1) Quamobrem XX. dies reo dantur ex jure communi ad deliberandum super Libello, judicio ne contendere velit, an cedere; quæ judiciales inducæ vocantur. (2) Dividitur autem Libellus in accusatorium, sive querimonialem, qui in causis criminalibus porrigitur, & in conventionalem, sive postulatorium, qui datur in causis civilibus. (3) Uterque Libellus debet esse clarus, & eadem fere debet continere. Accusatorius quidem contineat oportet primo, nomen accusatoris. Secundo, rei accusati. Tertio, nomen Judicis, coram quo accusatio instituitur. Quarto, locum

(1) C. ult. de libel. oblation.

(2) Aut. offeratur Cod. de

lit. contest. relata a Gra-

tiano can. inducæ 3. q.

3. 3. offeratur.

(3) C. i., & ult. de libell.

oblat., & can. præscripta

§. libellorum 2. q. 8., &

can. leg. 2. q. 1.

cum criminis. Quinto, tempus ejusdem. Conventionalis vero continebit primo, nomen actoris. Secundo, nomen rei. Tertio, nomen Judicis. Quarto, rem petitam. Quinto, causam petendi: (4) sunt autem omnes Libelli partes hoc disticho comprehensa.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & a quo: Recte confessus quisque Libellus erit.

Oblato Libello, si actor mutare eum velit, inspiciendum est, contestata ne fuerit lis, an non; & substantiam ne mutare actor velit, an aliquid vel addendo, vel detrahendo corrigeret, substantia minime mutata; atque ante litem contestatam non modo emendari Libellus potest, verum etiam ipsius mutari substantia. Post litem vero contestatam, quia reus, & actor, hic proponendo, ille vero excipiendo, quasi contraxisse videntur, mutari quidem substantia non potest, sed alia causa in diverso Libello proponenda est; emendare vero illum, aut declarare usque ad conclusionem cause licet. (5) In causis tamen summaris, ubi sine strepitu, & figura judicij proceditur, non est necessaria Libelli solemnitas. (6)

(4) Leg. libellorum ff. de ac-
cusat.

DD. ff. de jud., & leg.
edita Cod. de edendo L.

(5) C. examinata de jud. I.
si quis intentione, ubi

quidam ff. si certum per,
(6) C. sepe de V. S.

De Exceptionibus, & Repli- cationibus.

T I T U L U S VII.

PErtractus in forum reus, armis & ipse munitur, quibus adversarium suum, nempe actorem pellat, & excludat. Ex sunt exceptiones. Definitur autem exceptio, actionis, vel intentionis exclusio. Replicatio vero est itera-
ta exceptio, excludens responsionem rei. Di-
viduntur autem exceptiones in dilatorias, &
peremtorias. Dilatoriæ sunt, quæ principa-
lē causam non perimunt, sed differunt ad
tempus, quæque, ut Caius inquit, evitari pos-
sunt: (1) Ut si mecum conveneris, ne intra
quinquennium peteres, si intra quinquennium
petieris, ego conventione illa per totum quin-
quennium tibi silentium imponam; te tamen
haudquaquam perpetuo evitabo, nam elapsa
quinquennio convenire me poteris. Harum ve-
ro exceptionum quædam causam ipsam respi-
ciunt, & actorem, ut in superiori exemplo,
quædam vero personam Judicis, quia videlicet
sit incompetens; hoc est jurisdictionem in reum
non habeat, cum sit alterius fori, aut quod
sit suspectus, & cum adversario aut utilita-
te, aut affinitate, aut gratia conjungatur, ob
easque

[1] E. 3. 6. de except.

eaſque cauſas ipsius jufſa declinamus, ideoque
haſ exceptiones declinatorias appellamus.

Respiciunt vero auctorem exceptiones illæ, quæ agenti alienam cauſam opponuntur de ju-
dicato ſolvendo, ut caveatur, vel ut reus ab
auctore, a quo ſpoliaquus fuit, reſtituatur ante
judicij progressum. Tandem respiciunt cauſam
exceptiones illæ, quæ opponuntur co[n]tra li-
bellum, quod fit vel obſcurus, vel ineptus;
vel quod dies non cefſerit ſolutionis, vel ſi ope-
ponitur pendentia litis: atque cum commune
fit omnibus dilatoriis exceptionibus, ut ante
litem confeſtatam opponantur; (2) hoc tamen
eft inter declinatorias, & alias dilatoriaſ discri-
men, quod cum declinatoriæ perſonam Judi-
cis refpiciant, opponendaſ ſunt ante omnes
alias exceptiones, ne, ſi quis, omissis iis, ad alios
pergaſt auctus, videatur in Juſicem conſenſiſſe.
Sed & poſt litem confeſtatam aliquando dilato-
riæ uſiliſter opponuntur: ſi ſcilicet vel excep-
tiones ipſæ, vel earum noſtiſa poſt cœptam
litem ſuboriatur. (3) Excommunicationis ve-
ro majoris exceptio, per quam aucto[r], utpote
a commercio fideliū exclusus, ab accessu ju-
dicij repellitur, id habet præcipuum, ut quam-
vis dilatoria ſit, poſſit tamen etiam poſt litem
confeſtatam opponi, ne reus cum excommuni-
cato communicare compellatur. (4) Verum fi-

pro-

[2] Cap. inter Monasterium | [3] Cap. pastoralis de excep-
de feſt., & re jud.

[4] Cap. 1. de excep,


progressum fuerit ad appellationem; non potest amplius appellatio per exceptionem excommunicationis retardari. (5) Reus autem excommunicatus, quamvis reconvenire nequeat, a legitimis tamen defensionibus opponendis nequaquam excludetur. (6) Exceptiones peremptoriae sunt, quarum vis est perennis, quæque perimunt jus actoris, ita ut perpetuo excludatur: (7) quales sunt exceptio doli mali, metus, pacti conventionis, solutionis, jurisjurandi, transactionis, præscriptionis, rei judicatae, & exceptiones descendantes ex S. C. Macedoniano, aut Vellejanō, aliisque legibus. Quorum exceptionum id est commune, ut post litem contestatam ante sententiam proponi debeant, exceptis aliquibus, quæ appellantur litis finitæ, hoc est, quæ vetant, ne frustra novum judicium resumatur, eum litem jam compositam, atque peremptam ostendunt, ideoque licet eas opponere omni tempore, atque in omnibus judicii partibus, quales sunt exceptiones transactionis, jurisjurandi, & rei judicatae. (8)

[5] Cap. significavit de except.

[6] Cap. cum inter de except.

[7] Cap. i. de lit. contest. in 6.

[8] Cap. i. de lit. contest. in 6.



DE

De restitutione Spoliatorum.

T I T U L U S V I I I .

TRIPPLICITER possessio rei nostræ in controværsiam venit, quia tripliciter ea carere possumus, vel scilicet, quod eam nondum habuimus, vel quod alius eam, quam habemus, auferre nititur, vel quod, cum eam haberemus, alius eripuerit: quamobrem tribus modis Jus Civile damno huic occurrit, nempe interdictis proditis tribus, in quibus de possessione disceptatur. Primum appellatur interdictum acquirendæ, quo petimus, possessionem rei nobis tradi. Secundum retinendæ, quo possessionem rei, quam habemus, nobis asserimus. Tertiū recuperandæ, quo possessionem rei nobis ablatæ repetimus, quod Jure Canonum appellatur spoliatorum restitutio, de qua hic subjicitur titulus, qui est super re immobili, nam possessio rei mobilis repetitur actione furti, vel vi bonorum raptorum. (1) Dejectus igitur possessione rei immobilis dicitur spoliatus, & virtute hujus interdicti propter odium violentiæ, quæ in turbanda possessione intervenit, ea celeritate restituendus est, ut nulli exceptioni, antequam possessionem recuperet, respondere

[1] L. i. ff. de vi bon. rapt.

dere cogatur, etiam si is, qui dejectit, dominium sibi assertat, aut crimen objiciat spoliato, vel arguat, illum vitio posseditse. Nulla enim harum exceptionum auditur, antequam dejectus in possessionem restituatur. (2) In quaam restitutionem veniunt omnia damna inde orta, & fructus a dejectore percepti, vel qui a spoliato percipi potuissent, (3) licet ad spoliatorem non pervenerint. (4)

De litis contestatione.

T I T U L U S IX.

TRes judicij sunt partes, quarum prima progreditur a citatione usque ad litis contestationem. Secunda a litis contestatione usque ad conclusionem in causa, sive ad sententiam definitivam. Tertia est a sententia definitiva usque ad illius executionem. Pars, qua a citatione ad contestationem litis extenditur, non est judicij substancialis, sed preparatoria, talesque sunt omnes actus, qui citationi, & litis contestationi interponuntur; unde arx, & fundamentum ipsius judicij est litis contestatio, qua est veluti ad pugnam congressio, cum superiora sint quasi provocatio quædam, atque veli-

2) Can. re integranda 3. q. 1. | ff. de vi, & vi armata
 3) Cap. graviss. de restit. | (4) Dict. l. 2. §. 39. ff. cod.
 spol. l. 1. §. non solum

velicatio. Contestatur autem lis per petitionem in jure, ac responsionem consequentem, cui cohæreat contendendi animus: (1) qui animus adesse præsumitur, nisi præsumtio hæc declaratione contraria excludatur. Plures autem litis contestatio parit effectus. Primo enim inducit vitium litigiosi super re in judicium deducta, ita ut alienari non possit. (2) Secundo, excludit deinceps exceptiones dilatorias, quibus reus contestando litem, renunciasse censetur. (3) Tertio, inducit quasi contractum inter litigantes, ut neuter, altero invito, a judicio discedere possit. (4) Quarto, interrupit inchoatam a reo præscriptionem. Quinto, actiones omnes tempore perituras, & morte, perpetuat ad 40. annos. (5) Sexto, inducit malam fidem in possessore, aliosque producit effectus, quos collectos habebis apud Speculatorum de litis contestatione §. penult., & ult.. Ad impedendum vero, ne quid innovetur in lite, sufficit sola citatio adducta in rei notitiam. (6)

[1] C. unio de lit. contest.

[2] Aut. litigios. Cod. de
judic.[3] L. exceptionum Cod. de
probat. Cap. inter Mona-
xerium de sent., & re jud.

[4] L. servus communis, ubi

Baldus ff. de noxal. act.
Gl. leg. pen. ff. de transac.[5] L. ult. Cod. de præscr.
10., vel 40. ann.

[6] Clem. 2., ut lite pend.

De Juramento Calumniæ.

T I T U L U S X.

UTTI judicia expeditiori via progrederantur , & retia calumniarum evitentur , visum est , religione adstringere litigantium fidem ; ut si se fellerint , Deum habeant acriorem judicem ; & Divinæ ultionis metu litigatores a calumniosis consiliis absterreantur . Itaque post litem contestatam , & etiam quando sine litis contestatione proceditur , in qua parte judicii visum fuerit judici , defertur juramentum actori , & reo ; quo promittat quidem actor se non calumniandi animo litem instruere , sed opinione juris sui , reus vero eadem bona suæ causæ opinione obfistere adversario ; unde utrique promittunt , se nihil judicii corrumpendi causa daturos , neque adducturos probationem ullam non necessariam , aut fallacem , neque operam daturos , ut judicium calumniose differatur . (1) Quod juramentum judices præstant suscipiendi officii tempore , ut deinceps in ea obligatione perseverent . (2) Id autem juramentum si litigatores subire recusent , actor quidem causa çadet ; reus vero pro confessu habetur . (3) Si

N tamen

(1) L. 2. in princ. Cod. de | (2) L. rem non novam de jud. jur. calum. C. statutum | (3) C. ult. §. ult. de jud. ex- §. insuper de rescriptis. lumn.

tamen hoc juramentum fuerit omissum, hoc solo virtus processus minime infirmatur. (4) Pristandum est autem ab omnibus, & etiam Procuratoribus nomine dominorum, atque ab Ecclesiasticis in causis propriis sive Ecclesiæ propositis; non vero tactis Evangelii. (5) Procurator temet, ut iuret a domino, debet habere mandatum, (6) & praestetur in omnibus causis etiam criminalibus, & spiritualibus, sicut in prima, quam in seconde instantia. (7)

De Probationibus.

TITULUS XL

OMnis Probatio dividitur in plenam, & semiplenam; plena est, quæ plenam fidem facit judicis de re, super que agitur, quale est testimonium duorum hominum, omni exceptione majorum, quorum fides est explorata, & communè opinione comprobata. (1) Iuxta instrumenta publica, quorum fides non potest in dubium revocari. Unde interrogata fidei probationes appellantur (2) & ipse confessio partis

(4) Cap. i. §. propter omissum de jur. calum. in 6.

calum. in 6. cum concord.

(5) C. ult. in princ. cum concord. de jur. calum.

(1) C. 2., & 3. de prob.

(2) DD. l. ult. Cod. de prob.

(6) C. ult. ead. in 6.

l. emancipat. facta Cod.

(7) C. 2. in princ. de juram.

de fide intussum.

partis in iure, sive ad judicis tribunal: (3) & jusjurandum ab uno litigatori alteri delatum: (4) Semiplena probatio est, quæ fidem aliquam judici facit, at non plenam, ac potius opinione injicit, ut est dictum unius testis, & fama, & privatæ scripture; probandi autem onus incumbit illi, qui afferit, unde regulariter incumbit actori, non reo, qui negando ita excludit actoris intentionem, ut illi probandi necessitatem imponat. (5) Reus autem onus probationis cum subit, cum negando, aliquid afficit: ac sicuti actor probare debet intentionem suam, ita & reus suam exceptionem: (6) Unde si conventus reus ex causa mutui, neget se pecuniam accepisse, cogetur actor offendere, pecuniam suisse a se daram. At si reus neget se pecuniam debere, quod sibi credita fuerit, quando erat pupillus; tum reus demonstrare tenetur, se accepit pecunia sentiore suisse papillaris statim. Secundo tenetur probare reus, si actoris intentio præsumptione fulciatur: cogitur enim tum reus præsumptionem illam oppositis probationibus excludere. (7) Tertio probare debet reus negationem, si sponte omis probandæ illius in se compescit. (8) Sed si actori probationes deerint, & adjuvari speret posse.

N. 2

indire

(3) L. 1. ff. confess.

(4) L. 1., & 2. ff. de jurejur.

(5) C. bonae mem. 23. §. porro excessus de elect. can.

(6) quod autem 6. q. 5.

{6} Cap. in præsencia de prob.

(7) Can. contra morem dist.

100. DD. in can. Pontif.

12. q. 3.

(8) Cap. 1. de restit. spoliat.

1. mirca, ubi Bartolae,

aliij ff. de prob.

Instrumentis, quæ apud reum adservantur, eum illa reus edere cogetur, si vel utriusque communia sint, ut testamentum, ex quo quis aliquod legatum vindicet, vel sint publica: alioquin propria instrumenta reus in proprium damnum actori præferre minime compelletur: (9) Quoniam autem nulla est probatio major ea, quæ a proprii oris confessione procedit, ideo non devenietur ad probationes, nisi post tentatam utrinque confessionem, quod fit per positiones. Successerunt positiones nostrates in locum interrogacionum, quæ siebant olim ante litem contestatam in jure; sive apud Prætorem, cum quis agere vellet actione reali, puta petitionis hæreditatis, aut tali vindicatione, & nescius possideret ne, aut quo iure possideret reus propria cum confessione implicabat, aut negatione coarguebat mendacii; atque ex ipsius ore eliciebat, qua actione actor experiri deberet. In qua confessione, aut negatione summa totius causæ consistebat; & actio ex talibus interrogacionibus oriens, actio interrogatoria vocabatur: unde titulus Digestorum de interrogacionibus in jure factis, & interrogatoriis actionibus. Sed quia iniustum videbatur reum ante judicem urgeri, atque ab se ipso armis contra se extorqueri, cœperant hujus interrogaciones etiam tempore S. C. exolescere, ac tandem omnino cessarunt. Unde illarum loco institutæ fuerunt.

9) Cap. r. de probat. l. nimis grave Cod. de testibus l. qui accusaverit Cod. de edendo.

fuerunt positiones , sive articuli post litem con-
testatam , non totam causam , sed facta quæ-
dam respicientes , quæ ad causam pertineant ;
ut iis confessione adversarii constitutis , aut ne-
gatis patet alteri , quid sibi deinceps proban-
dum sit , quidve in probatis habendum ; (10)
quæ quamvis fundandæ actioni , judicioque
instituendo non valeant , tamen adjuvant cau-
sam adsertione factorum . Itaque conceptis bre-
vibus articulis , sive ab auctore & suo libello ,
sive a reo , & sua exceptione deductis , respon-
suro defertur calumniæ juramentum , quod fo-
rensi lingua juramentum dandorum appellatur;
posteaque ab interrogato responderetur per ver-
bum credit , vel non credit ; ac si quis fatea-
tur , urgebitur sua confessione tanquam re jam
probata , sin inficietur , confutandus erit testi-
bus ; sin respondere detrectet , in eum , utpote
contumacem , tanquam in confidentem , vel ne-
gantem , prout adversario erit utilius , procedi-
tur ; (11) nisi interrogations perplexæ sint ,
aut dubiæ , captiosæ , vel obscuræ , vel super-
fluæ ad causam non pertinentes . Quamobrem
ut quis respondere teneatur in positionibus , om-
nia vitia sunt vitanda . (12) Ubi res confessio-
ne non clarescit , vestiganda est aliis argumen-
tis , atque inquirenda vel testibus , vel scrip-
turis ; vel jurejurando , vel præsumptionibus ,

N 3

Igitur

(10) Tot. tit. de confessis , & 1 bus §. 9.

Cap. 1. , & 2. eod. in 6. | (11) C. 2. de confess. in 6.
speculator de probationi- | (12) Gloss. 2. eod. in 6.

Igitur primo de probatione per testes videamus.

Testis dicitur is, qui rogatur ad fidem dicto suo in re aliqua faciendam, & quod ab eo dicitur, testimonium nuncupatur. Munere testis in judicio fungi tantum possunt ii, qui sunt fide digni, atque omni exceptione maje-tes, (13) quique per Leges, & Canones ab eo munere non prohibentur; nam permuli sunt, qui a testimonio dicendo vel in totum rep- ciuntur, vel pro certis personis tantum, vel contra certas personas, vel certis in causis. Tempus producentorum testimoniū est post litem contestatam, (14) nisi de causa matrimonii, vel electionis, & inquisitionis agatur, aut forte de morte, absentiae testimoniū timeatur; cum enim eorum productio etiam ante litem con-testatam permittitur. (15) Facienda vero pro-ductio est coram judice cause, si tales testes sint, ut in judicium possint adduci, alias ad eos examinandos idoneas personæ mittuntur. (16) Ac antequam inchoet, debet judex no-nrina, sed unica monitione citare Partes; (17) deinde intra statutum terminum testes produ-cendi, & citatus adversarius debet ante testimoniū receptionem vel examen, vel publicationem te-stimoniorum objicere, si quid contra eos obji-ciendum

(13) Cap. 1. de test. can. pla-cuit 4. q. 2. l. eos Cod. de testib.

(14) C. 1., & 2. ut lite non contest.

(15) C. ult. de test. C. novit de jūdic. Gloss. dijst. C.

ult. V. regulariter.

(16) Cap. cum olim §. inter-dum de privil. C. si quis testium, & C. in nomine Domini de test.

(17) Dijst. Cap. in nomine Domini.

cognitione habeat. (18) Examinis auctoritate
jurandum est testibus, se non odio, neque
gratia, neque ultra spe, aut lucro, sed unius
veritatis studio ad testimonium dicendum ac-
cessisse, nihilque aliud, nisi facti veritatem re-
staturque, sine quo juramento nullius testatio-
valebit; etenim testibus injuracis, ne si quidem
se ligiosissimi sint, in alterius fraudem fides ha-
beatur. (19) Quod juramentum cum Partis ad-
versa gratis injungitur, potest ab eadem Parte
adversa remitti, (20) postquam idem adversa-
rius ad juramento illorum videnda citatus,
evocatusque fuerit. (21) Quos testes ita ad-
missos, juratosque judex clam, &c seorsum ab
aliis debet singulatim examinare, tum super
articulis a producente propositis, tum super in-
terrogatoriis ab adversario oblatis, inspectoque
vultu, & motibus eorum attentissime observa-
tis, circumstantiisque omnibus accurate perpen-
dit, atque notatis. (22) Ut autem habeant te-
stium dicta firmitatem, necesse est scientiae cau-
sam adducant per eum corporis sensum, cui
res ea subjicitur, de qua agitur: veluti per fi-
dem oculorum, si factum; per fidem aurium,
si dictum aliquod in controversiam adducatur.
(23) Contra testimoniū autem ab auctore produc-
to

N 4

rum

(18) G. a. de test. G. qui facet
de reg. juris in 6.

Gloss. V. remittatur.

(19) C. quoniam C. tuis qua-
stionibus C. nuper de te-
stibus l. jurisjurandi Cod.
cod.

(21) Dict. Cap. 2. de test.
(22) Cap. causam de testibus
l. test. ff. cod.

(20) Dict. Cap. tuis quaest. ubi

(23) C. præterea C. licet de
test. l. folium Cod. cod.

rūm testimoniā potest reus excipere , eaque contrariis ab se productis testibus coarguere .
 (24) quos actor poterit contrariis aliis testibus reprobare , atque hic debet consistere productio testium , ne lites tendant in infinitum . Ut plena vero probatio habeatur , duo saltem testes super quolibet negotio sunt necessarii : qui etiam debent esse contestes , non vero singulares ; quales habentur , qui singuli de disjunctis , diversisque actibus testantur , iisque , inter quos eodem de actu non convenit . (25) Numerus vero testium ultra quadragenarium excurrere non debet ; (26) recepta vero testimonia vulgari , sive publicari debent , & utrisque litigatoriibus ostendi , si quid ad ea objiciendum habent , (27) neque post publicationem quidquam testibus opponetur , nisi reus juret , se id non dolofacere ; vel ante publicationem fuerit protestatus , vel ostendat se nonnisi post publicationem didicisse , quod in testium personas objiceret . (28) Testimonia vero in uno judicio plenario recepta , in alio fidem faciunt pro eadem causa , & inter easdem personas , sed recepta in summario non probant in plenario . (29) Præter testes probationes eliciuntur ex scripturis , quæ angustiori significatione instrumenta vocantur : cum instrumentum latiori significatione etiam

(24) Cap. cum clamor cum concord , de testibus .

(25) C. liet de testib. C. bo-
num mem. 23. de elect.

(26) C. cum causa de testib.

(27) C. in causis de testibus .

(28) C. cum venissent , & C. præsentium de testibus .

(29) C. pervenit de testibus cogendis C. forus de V. S.

etiam testimonia complectatur; (30) instrumentorum alia publica sunt, alia privata. Publica dicuntur, quæ a persona publica, sive a Tabellione, ac Notario publico ex juris forma conscribuntur, mandato judicis, aut rogatu Partium, expresso anno, iudictione, mense, die, loco contractus, & inscriptis nominibus testium, subscriptoque nomine Tabellionis; (31) effectu quoque, & minus proprie dicuntur publica instrumenta illa, quæ quamvis non sint a persona publica conscripta, publico tamen, & authentico sigillo sunt obsignata, veluti sigillo Episcopi, cui creditur, donec ostendatur contrarium, (32) aut Principis sæcularis, (33) vel Capituli, vel Universitatis; vel quæ de publicis Tabulariis, seu Archiviis extrahuntur. (35) Praeterea, quamvis nihil horum interveniat, si tamen privatæ scripturæ trium testium subscriptio accesserit, publicæ scripturæ habet effectum. (36) Scripturæ autem privatæ tantum contra scribentem plene probant; libris Mercatorum exceptis, & rationibus sociorum, quibus usus tam pro scribenti-

(30) L. scripturas Cod. qui posteriores in pignor. Novell. 44. de tabell.

(31) C. 2. C. inter dilectos, ubi DD. de fide instrum. Covar. practic. quæst. C. 20. n. 2.

(32) C. post cessionem de prob.

(33) C. cum dilect. de fid. instr.

(35) C. cum inter dilectos de fide instr. C. 5. de prob. C. in nomine Patris d.

23. (35) C. ad audientiam de praescript.

(36) L. qui scripturas Cod. qui posteriores in pignor. aut si quis vult C. cod.

bentibus, quam contra scribentes plenam fidem tribuit, utilitatis, & cōpīeūtūi causa. Ceteris vero nullo modo pro scribente probant. (37) Nec semper tamen contra scribentem fidem faciunt (38) instrumenta domestica, sive privata; sed cum si causam contineant, veluti ex mutuo, emto, locato, aliōve titulo contractus, & scriptor se scripsisse fateatur: at si causa non fuerit insita, non probant contra scribentem, nisi semiplene. Deficientibus vero aliis probationibus, recurritus ad jusjurandum, quod maximum est litium dirimendarum remedium. (39) Jusjurandum a Cicerone definitur elegantiissime affirmatio religiosa: nempe advocatio Divini Numinis in testem ejus rei, quas promittitur, vel assertur. Dividitur autem juramentum in promissorium, & assertorium. Promissorium est, quod contractui adjicitur, ut confirmetur, si alias esset nullus: nam accedente juramento, nascitur obligatio, (40) nisi actus ille jure naturae iuritus esset, utpote per vim, aut per fraudem extortus; vel idem actus juramento confirmatus vergat in damnum publicum, cui privata pactio non potest obesse; vel nisi bonis moribus repugnet. (41) Juramentum

(37) L. instrumenta cum seq.
Cod. de probation.

(38) C. si cautio de fid. inst.
l. cum indebito ff. de prob.
l. generaliter Cod. de non
numerata peccaria;

(39) C. eti. Christus §. Jacobus
de iurejurando

(40) DD. in Cap. cum con-
tingat de jurejurando, &
in Cap. 2. de pactis in 6.

(41) Cap. si diligenti de foro
competenti cum sumit.

mentum assertorum est id, quod afferendi alia
eius facti gratia in judicio ad dirimendam
litem præstatur; estque triplex, voluntarium,
judiciale, & necessarium. Voluntarium est, quod
nullo cogente suscipitur, vel voluntate tantum
eius, cui defertur, aut refertur. (42) Deferre
dicitur jurandum, qui offert alii jurandi con-
ditionem. Referre autem dicitur is, qui jurandi
conditionem sibi oblatam rejicit in offerentem.
Judiciale juramentum est id, quod non cogente,
sed adprobante judice, pars parti alteri de-
fert in judicio, quod vel suscipiendum est, vel
referendum, si quidem quis causæ credere no-
lit. Suspiciosum enim est jurare nolle, nec re-
ferre juramentum: (43) nisi adsit justa causa
recusandi, puta si juramentum deferatur acto-
ri, qui suam intentionem probavit, (44) vel
is, cui defertur, jurare cogatur de alieno fa-
cto, cuius non sit conscius. (45) Juramentum
necessarium, quod & suppletorium probationis
appellatur, est illud, quod plena probatione
deficiente defertur actori, vel reo, ut inde
veritas in apertum proferatur. (46) Unde ne-
cessarium dicitur, tum quia necessario defertur
a judice propter inopiam probationum; tum
quia necessitatem imponat subeundi illius; alias
pars recusans pro confessa habetur, nisi defe-
ratur

(42) L. 1., & 2. ff. de jurejur.

(43) L. manifeste ff. de jurejur.

(44) Cap. 2. de probationib.

(45) Cap. ult. de jurejurando

I. Marcellus §. 1. ff. rerum
amotarum.

(46) L. admonendiff. de jure-

jurando.

ratur actori, qui plenarie probaveris, aut reo, contra quem nihil probaverit actor. (47) Deferri autem potest necessarium iuramentum omnibus semiplene probantibus: exceptis vilibus, & infantibus, aut perjuris, perjuriique suspicione laborantibus, aut rem ignorantibus. (48)

In probationum ordinem referenda sunt etiam indicia, & conjecturæ, quibus ad aliquid credendum adducimur; nam ex his oritur presumptio; quæ definitur, anticipata de re dubia orta opinio ex argumentis, iudiciis, & conjecturis, quod pro veritate habeatur, donec oppositum doceatur. (49) Dividuntur presumptiones in eas, quæ sunt hominis, & eas, quæ sunt legis. Presumptio hominis est opinio in alicujus mente ab iudiciis nata, quæ nulla certa lege continetur, eaque vel levis est, & temeraria, vel probabilis. Temeraria est illa, quæ nullo prudentis animi iudicio fundatur, unde nihil probat. Probabilis est ea, quæ prudentibus etiam persuaderi potest, utpote sana ratione subnixa, quæ dividitur etiam in vehementem, sive violentam, & non violentam, sive minorē. Violenta est, quæ tam efficaci ratione subfulcitur, ut gravem probationem inducat. (50) Non violenta vero est ea, quæ minori pro-

(47) Cap. sicut de probat. l. generaliter de rebus creditis, & jurejurando,

(48) Bartolus in l. admonendi ff. de jurejur, Cap. 3. cum concord, de cohabitation. Cleric., & mulier,

(49) Alciat. de presumpt. in princ. p. 1. n. 1. Menoch. de presumt. lib. 1. q. 7. n. 40.

(50) Cap. inquisitiōni de sent. excommunic, C, literis de presumpt.

probabilitate nititur; unde non probat, nisi semper implere. Præsumtio juris alia est juris tantum, alia vero juris, & de jure. Præsumtio juris tantum est ea, quæ in jure reperitur expressa, non tamen pro jure constituta, unde relinquit contrariæ probationi locum, qualis est præsumtio solutionis, prodiens ex cancellato chirographo: quæ præsumtio quamvis in jure continetur, nempe in *l. si chirographum ff. de probat.*, & *præsumt.*, tamen lex non statuit, ut pro certo habeatur solutionem intervenisse, si chirographum fuerit cancellatum, quia potest doceri contrarium. Præsumtio vero juris, & de jure illa est, quæ non modo continetur in corpore juris, sed etiam pro jure certo habetur, ut eadem ipsius appellatio demonstrat: qualis est opinio melioris juris pro eo, qui vicit in judicio, si sententia transierit in rem judicatam; (51) quæ præsumtio juris, & de jure regulariter excludit omnem contrariam probationem, quia pro expressa veritatem habet. (52) Præsumtio vero juris tantum relinquit quidem contrariæ probationi locum, sed onus probandi transfert in eum, contra quem præsumtio dimicat, qui enim juris præsumtione oppugnatur, debet eam validioribus probacionibus elidere.

(51) L. cum inter ff. de sent., | (52) L. is, qui fidem ff. de
re judic. sponsalibus.

De Sententia, & re judicata.

TITULUS XII.

SEntentia est pronunciatio, sive definitio judicis, condemnationem, vel absolutionem continens, rei controversiae finem imponens, estque triplex, interlocutoria, definitiva, & media, sive vim definitivam habens. Interlocutoria est, quae non super universo negotio feratur, sed super aliquo emergenti inter causae cursum, puta in libello ferendo, vel in danda, negandave exceptione, aut similibus; quae quamvis ad causam pertineant, finem tamen cause non imponunt; unde dicitur interlocutoria, quia iudex interea loquitur, nec definitive de causa pronunciat. Definitiva vero est, quae totam controversiam dirimit condamnando, vel absolvendo. Ita vero sententia definitiva ferenda est, ne quid maturi examinis emitatur: unde primo interrogande sunt Partes, an aliud habeant producendum, (53) certiusque tempus ad reliqua productionis est praefiniendum, ut veniatur ad conclusionem in causa, per quam imponitur finis productioni actorum; ita ut post conclusionem in causa nihil aliud produci possit, neque expectetur, nisi

(53). Can. judicantem 30. q. 5. aut. jubemus Cod. de jud.

nihil sola sententia. Citandas vero sunt Partes, ut certo die ad ius audiendum convenienter, (54) ne iniuriliter adversus absentes, & non contumacem pronuncietur: (55) nisi de facto notorio agatur, aut ubi Partes nihil sui defendendi causa possunt afferre. (56) Quibus observatis iudex Christi nomine invocato, solumque Dei considerationem, & respectum professus, pronunciare debet pro tribunali sedens; atque de scripto sententiam causæ finem adferentem, (57) & libello convenientem, (58) & ex allegatis, atque probatis emanantem: (59) pronuntiatæ autem sententiaz, præter condemnationem illius, qui succubuit ad reficiendas expensas ei, qui obtinuit, maximus effectus est, quod nisi intra decem dies appelletur, parat exceptionem nei iudicatur, quæ pro veritate habetur, nec retractari amplius potest, nisi agatur de causis matrimonialibus. (60) Sententia vero iudicis, si juri expresso repugnet, nempe Canonibus, & legibus, & consuetudinibus, est nulla, nec sufficit. (61) Si vero repugnet iuri bus litigatoris, nempe instrumentis, & testibus, ac probationibus illius, valeat quidem ipso jure,

(54) Can. 2. de dolo in 6.

(55) L. ea, quæ Cod. quomodo, & quando iudex.

(56) Panormitan. C. cum sit Romana de appell. n. 7.

(57) Cap. ult. de deat., & re judic. in 6.

(58) C. licet Haly de Simon.

Clem. sape §. verum quia de V. S.

(59) L. illicitas §. veritas ff. de off. praefid.

(60) C. lator de sent., & re judic.

(61) Cap. 1. de sent., & re jud. i. si expressum cu[m] concord. ff. de appell.

jure, sed per appellationem suspenditur, & per restitutionem in integrum revocatur. (62) Nulla vero prorsus est ea sententia, quam tulit judex pecunia corruptus. (63)

De Executione rei judicatæ.

T I T U L U S XIII.

SEntentia postquam lata fuerit, si infra decem dierum spatum non appelletur, est executioni mandanda, (1) & quidem exequenda est statim, si de actione reali agatur; si de personali, per spatum quatuor mensium judicis arbitrio protogandum est ex justa causa, vel restringendum, quod tempus debitori conceditur a jure ad curandam solutionem; qui autem tulit sententiam, idem & exequi debet, si judex fuerit ordinarius; (2) nisi executio facienda sit extra territorium judicantis; tum enim adeudus est judex territorii illius. Si vero sententia lata fuerit a judice delegato, executionem accipiet ab ordinario delegante, excep-

(62) L. 2. Cod. quando provocare non est necesse C. 5. & 6. de in.

(63) L. venales Cod. eod.

(1) §. 1. Novel. 22. de appell. C. quoad consultationem de sent., & re judic.
(2) C. si quis contra §. ult. de foro competenti.

{3} excepto delegato Summi Pontificis , qui delegatus , quia ratione causæ illius præstat omnibus judicibus post Pontificem ; ideo potest per se suam sententiam exequi , aut alteri committere exequendam . [4] Quoniam vero sententia inter alios lata , jus non inducit contra tertium inauditum ; ideo potest ille tertius executionem impedire , ac suspendere per appellationem , donec de suo jure docuerit . [5] Porro si tres sententiæ latæ contra aliquem fuerint , audiri non debet super earum nullitate , sive agendo , sive excipiendo , antequam executioni mandentur . [6] Si quidem autem circa executionem disputandum inciderit , tum ejus causæ cognoscendæ gratia executio differtur ; si agatur apud executorem mistum , hoc est , qui cum executione habeat etiam aliqualem notionem , & propterea eas exceptiones admiserit , quæ non ad mutandam sententiam , sed executionis modum , vel tempus pertinent . [7] Secus vero si agatur apud executorem unum , qui nullam exceptionem potest admittere .

[3] L. a D. Pio ff. de re jud. C. si quis contra de foro compet., ubi fuse Abbas n. 24., & seq.

[4] C. si quis contra de foro competenti , ubi Abbas n. 36.

[5] Cap. cum supra de sent., & re judic.

[6] Clem. ut calumniis de sent., & re jud.

[7] C. de cætero de sent., & re judic.

De Appellationibus.

T I T U L U S X I V.

NE sententia transseat in rem judicatam, neve pars, quae succubuit, omni spe destituatur, appellationis remedio est occurrentum. [1] Est autem appellatio ab inferiori judice ad Superioriter facta provocatio propter illatum, aut imminentis gravamen. Et est vel extrajudicialis, quæ propter provocatio dicitur, & venit ab actis extrajudicialibus, sive quæ in judicio, & pro tribunali non exercetur, qualis est illa ab injusta electione, spoliatione, & similibus: vel judicialis, & est illa, qua petitur, ut sententia, sive interlocutoria, sive definitiva, per majorem judicem corrigitur, revoceturve. Et appellare potest quilibet in judicio victus, sive suam, sive alienam egerit causam, nisi contumax fuerit, vel confessus, aut ita convictus, ut nonnisi differendi judicii causa videatur appellare. [2] Unus autem ex pluribus communem habentibus causam appellans, si vicerit, omnibus prodest, qui non apparellarunt: [3] ab omnibus vero judicibus appellare licet, sive ordinatis, sive delegatis; [4] præterquam

a

[1] L. 1. ff. de appell.

[2] C. pervenit C. consuluit

C. cum specialiter §. por-

[3] L. 1., & 2. Cod. f. unus

ex pluribus appellaverit.

[4] Can. omnis can. ad Romanam 2. q. 7.

¶ Supremis Principibus, & Summo Pontifice, cuius judicium nulli, præterquam Deo, subjicitur. [5] Jure Canonicō veteri ab omnibus causis, & ab omni onere licet appellare, sive ante sententiam definitivam ab interlocutoria, sive post ab ipsa definitiva, vel ejus executione. At Jure Civili ab interlocutoria non appellatur, [6] nisi definitivæ vim habeat, aut gravamen contineat, quod per definitivam tolli nequeat. [7] quod abrogato Jure Canonicō veteri, dénum receperunt est a Concilio Tridentino, [8] quo illæ tantum appellationes ab interlocutoria permittuntur, quæ vel virtutem definitivæ habeat, vel gravamen per definitivam irreparabile inducat, ut est carcer, tortura, excommunicatio, suspensio, interdictum. Ne autem lites in infinitum progrediāntur, veritatem est tertia appellatio; unde bis rancunt ab eadem sententia licet appellare. [9] Appellatur autem non ad eundem judicem, sed ad proxime Superiorē, [10] qui tribunal habeat a pronunciante judice distinctum, unde a Vicario Generali non appellatur ad ejus Episcopum, cum quo tribunal constitutio habet, sed

O 2

ad

[5] C. ipsi sunt, & can. can.
Eta 9. q. 3.

[6] L. ante Cod. quorum appell. non recip. l. ult. Cod. de sent., & interlocut. omn. iudicium.

[7] L. 2. ff. de appell. recipiendis cum sim.

[8] Sess. 24. C. 28. de refor., & sess. 23. C. 1. de refor.

[9] C. tua nobis de appell. l. 1. Cod. ne liceat in una eademque.

[10] C. dilecti de appell. l. imp. ff. cod.

ad Archiepiscopum. [11] At nec ad Summum quidem Principem licet appellare , omisso judece medio , ne gradus turbentur , & jurisdictiones implicentur . [12] Tempus appellandi est spatium decem dierum , sive , ut ajunt , descendium a lata sententia , vel ejus notitia : [13] porro judex , a quo appellatur , debet appellationi deferre , si poenas velit effugeré . [14] Unde debet acta transmittere ad judicem superiorum intra XXX. dies , intra quos appellans tenetur Apostolos petere . Ac si judex dubitet , an deferendum sit appellationi , capere potest spatium XXX. dierum a tempore appellationis interpositæ ad deliberandum ; qui appellatur terminus juris . Dicuntur Apostoli a Græco verbo ἀποστολα , sive dimitto : sunt enim literæ missæ a judice pronunciantे ad Superiorē , ad quem appellatur , ut fidem faciant appellationis interpositæ , ac si testentur interpositam , & admissam esse appellationem , nominantur dimissoriæ : si vero testentur , admissam quidem esse appellationem , sed non ob justitiam causæ , verum tantum ob reverentiam Superioris , dicuntur reverentiales ; si autem appellationem quidem esse testentur , sed appellationi minime delatum fuisse , refutatoriæ appellantur . Aliquando vero judici non constat , concordia ne fit appellatio , an deneganda , & tum concedit cedit

[11] C. 24 de consuet. in 6.: | [13] C. de priore de appell. & C. 3. de appell. in 6. | [14] C. ab eo de appell. in 6.

[12] D. I. imp. ff. de appell.

sedit testimoniales, & vim accipiunt a jure; ut, si ex jure appellatio sit concedenda, suspendingant causam, & inducant attentata; si a jure sit deneganda, resolvantur in refutatorias, & appellatio habeatur pro rejecta. Qui autem testimoniales obtinuit, annum tempus habet ad committendam appellationis causam. Evenit etiam, ut judex quidem refutet, pars vero alia, contra quam appellatur, taceat, & appellationi consentiat, & cum, quia Partes conveniunt inter se super appellatione, dicuntur Apostoli conventionales. Prosequendæ autem appellationis tempus est annus, & ex causa bienium, tum ex Jure Civili, tum ex Canonico, quæ tempora factalia dicuntur, quia eo spatio, tamquam suo fato appellatio clauditur, & extinguitur; quamvis illud possit ex justa causa etiam restringi a judice, atque prorogari. [15] Tempus autem appellationis finiendæ præscribere tantum potest judex ad quem, cui judex a quo jus dicere nequit. [16] Judex igitur, ad quem fuit appellatum, si appellationem receperit, literas compulsoriales nuncupatas appellanti tradere debet, quibus mandet inferiori judici, ut intra certum acta transmittat; si agatur de appellatione tantum in devolutivo, sive ubi executio non suspenditur, [17] vel tradere debet inhibitoriales literas, quibus vetat inferiori

O 3

riori

[15] C. cum sit de appellat. | [16] C. ex insinuat. de appell.
Aut. ei, qui Cod. de temp. | [17] L. is, apud quem, ubi
& reparatiō. appell. | DD. Cod. de edendo,

riori judici; ne quid innovet super causa, de qua fuit appellatum, si agatur de appellations in devolutivo simul, & suspensivo: tum enim ita suspenditur executio, & inferioris jurisdictionis, ut quidquid inferior postea gesserit, tamquam acceptatum, sic ante omnia revocans dum. [18]

De integrum Restitutione.

T I T U L U S X V.

QUI appellatione non adjuyatur, aliquando petere opem potest per in integrum restitucionem, que postulet, ut in pristinum statum ex justa causa restituatur; unde conceditur certis personis, & ex certis causis intra prescriptum a jure tempus; ac primo conceditur restitutio minoribus XXV. annis, ex iure communi, si sententia judicis, aut in cursu judicii se laeos ostenderint. [1] Secundo, reipublicæ. [2] Tertio, Ecclesiæ, non modo contra privatos, & laicos, verum etiam contra aliam Ecclesiam. [3] Quarto, majoribus XXV. annis,

[18] Can. non solum C. post appell. §. Ulpianus 2. q. 6. Cap. 1. ad presentiam C. dilectus de appell. [2] L. 1. & tot. tit. Cod. §.

adversus rem judicatam. [3] L. 3. Cod. de jure reipublicæ. [3] C. 1. de in int. restit. C. 1. cod. in 6. elem. 1. cod;

annis, ab causam vel absenciam, vel erroris. Dar-
turque hoc remedium etiam contra sententiam
Principis, aut Summi Pontificis, & etiam con-
tra contractus, aut facta, ubi lœsio intervenie-
rit. Tempus petendæ in integrum restitutionis
est quadriennium continuum a tempore lœsio-
nis. [4] Debet autem restitutio ab eo judice
peti, cui subest is, contra quem petitur. [4] Minor
tamen Magistratus restituere non potest
contra sententiam majoris, [6] licet idem re-
stituat contra sententiam propriam. [7] At
adversus sententiam delegati a Principe resti-
tuit solus Princeps, qui & solus quoque potest
adversus propriam sententiam restituere. [8]

De Criminibus.

T I T U L U S X V I .

Quoniam tempus non largitur, ut crimina,
poenaque fusiū explicemus, & peculia-
ris, atque annua, itemque quotidiana
hic de iisdem est instituta p̄flectio; ideo satis
fuerit eadem vobis breviter, atque summatim
tradere: ut adumbratam saltem secundum Ca-

O 4 nōnes

[4] Clem. 1. eod. l. ult. Cod.
de temp. in integr. restit.

[6] L. minor. ff. de minor.
[7] Cit. iur., & l. 42. &

[5] L. in causa, & seq. §. ult.
ff. de minor. C. cœm cau-
ſa h. tit.

16. ff. eod.
[8] L. 3. Cod. si adversus
gem judic. l. minor. ff. de
in integr. restit.

nones, criminum, & pœnarum cognitiones interim habeatis.

Maximum in Ecclesia, & inter Christianos merito crimen est hæresis, quia Deum ipsum afficit injuria; cum opinionis pravitate vel indigna ei affingat, vel debita detrahatur attributa. Unde dicitur hæresis ab ἀπόστολος, sive selligo: quia hæreticus non, quam accepit ab Ecclesiæ auctoritate, sed quam suo ex ingenio sibi confinxit, sententiam profitetur. Est igitur hæresis falsa, & pertinax de religione opinio: non enim est hæreticus, qui conscient, & admonitus erroris paratus est mutare sententiam. [1] Pluribus autem pœnis hæretici coercentur, non ab Ecclesiasticis tantum Præfulibus, sed & a Principibus laicis: cum non modo Ecclesiam, sed & rerum civilium statum hæresis perturbet propter semina discordiarum, quas inter cives ferit dissensio religionis. Qua in re, qui secum discrepant, se mutuo tamquam hostes intuentur, atque alius aliud contra sententem sacrilegum, & impium arbitratur,

Ecclesiasticarum autem punitionum prima est excommunicatio major latæ sententiæ, quam hæretici, & eorum fautores incurront. [2]

Secunda irregularitas, & interdictio in posterum ab omnibus Ecclesiasticis, publicisque munere-

[1] Can. hæresis 24. q. 3. can. | de hæreticis,
qui in Ecclesia, & can. | [2] C. excommunicamus de
dixit ead. q. 1. 3. Cod. | hæreticis.

mauneribus, (3) non eos modo, & fautores, verum & filios hæreticorum, per paternam quidem lineam ad gradum usque secundum, per maternam vero tantum ad primum afficiens. (4)

Tertia infamia juris, qua ipso facto adsperguntur. (5)

Quarta est pœna corporis; etenim Clerici exauctiorati, sive degradati, omnique beneficio, & Ecclesiastica dignitate prorsus exuti, judici laico puniendi traduntur, ut & laici, postquam Ecclesiastici Judicis sententiam subierint. Adimuntur autem reis omnia bona, quæ, si de Clerico damnato agatur, Ecclesiæ cedunt; si de laico, in fiscum rediguntur, etiam si post mortem rei de crimine agatur; permittitur enim hæresis crimine reum damnare post mortem. (6) Excipiuntur tamen dotes Uxorium Catholicarum, quæ mulieri servantur, & corpus hæretici Ecclesiastica sepultura ita censetur indignum, ut cōditum in Ecclesia inde sit exhumandum. (7) Quas pœnas effugiet hæreticus, si errore agnito, eum retractare velit, & abjurare, subjiciens se pœnitentiæ ab Ecclesia imponendæ: (8) nisi post impetratam veniam

in

[3] Can. saluberr. 21. q. 7.

[4] C. quicumque §. hæretici, & C. statutum de hæret. in 6.

[5] C. excommunicamus §. credentes de hæret. can. infames 6. q. 1. leg. Machæos Cod. de hæret.

[6] C. urgentis de hæretic., & C. ad abolendum C.

excommunicamus §. 1. eod. C. secundum, C. de- crevit, & C. accusatus, §. penult. eod. in 6.

[7] C. 2. §. de hæret. in 6.

[8] C. statuimus de hær. in 6.

in hæresim sive eamdem, sive aliæm relabatur;
 (9) ita ut pro relapsis habeantur; quales sunt
 non modo qui confessi, vel convicti, sed &
 qui ex gravi suspicione hæresim abjurarunt,
 & ad eam postea redierunt. Tales enim novam
 frustra veniam deprecantur, sed sæcularis judicis
 punitioni traduntur, concessis tamen iis penitentia-
 tentiæ, atque Eucharistie Sacramentis. (10)
 Plura tandem circa crimen hoc, & ratione
 probandi, puniendique illius, cum in Clementi-
 pina de hereticis, cum in recentioribus Sum-
 morum Pontificum constitutionibus prudentissi-
 me decernuntur: ac breviter sciendum est, in
 hujusmodi crimine posse procedi simpliciter,
 ex de plano, sine ullo specitu, & figura judi-
 cii, celatis etiam accusatorum nominibus, &
 testium, si ex eorum publicatione grave peri-
 culum eis impenderet a reo forte potestiori.
 Similibus penitentia & schismatici plectuntur, qui
 scilicet ab Ecclesiæ Capite, atque ab universo
 corpore discedunt, qui que raro non sibi ali-
 quam hæresim configunt.

Præter Hereticos sunt & Apostatae, qui a
 Christi fide ad Gentiles, aut Hebreos desci-
 gunt; iisdemque penitentia obstringuntur; quæ di-
 citur Apostasia perfidiaz. (11) Est & Apostasia
 inobedientiaz, cum sponte quis præcepta sui
 Præfusilis, vel Petrum constitutiones, regulasque
 con-

[9] C. accusatus §. 2. de hæ- | 10. de hæreticis in 6.
 reticis in 6. [xi] Gloss. 2. C. 2. de Apo-
 [10] C. ad abolend. §. illos | statis can. non potest 2.
 quaq. de heret. C. supra | §. 7.

contemnit: (12) Et demum Apostasia irregulatatis, cum quis ab assumtæ Religionis ordine discedit: ac tales declarantur infames, & excommunicantur, novisque pœnis e constitutio-
nibus Summorum Pontificum subjiciuntur.

Neque exiguum crimen superstitione est, quæ divinæ naturæ nihilo minus, quam hæresis, forfæsse adversatur: unde sacrilegi, qui sortes consulunt, ut futura prænoscant, cum raro hæresim non sapiant, & incantationibus, consilioque malorum Dæmonum, aliisque magicis, & superstitionis artibus ventura vel prævidere, vel prævenire conentur; Hæreticorum pœnis ab hæresi quæstoribus premuntur. (13)

Maledici vero, sive Blasphemi, qui convicia in Deum evomunt, aut in Sanctos, qui olim apud Hebreos Mosis lege lapidibus obrueban-
tur; (14) nunc publica pœnitentia damnati, ad foras Ecclesiaz producuntur. (15)

Sacrilegi Jure Canonico sunt, qui rem sa-
cram e loco non sacro, vel non sacram de loco
sacro, vel sacram de loco sacro auferunt vi,
aut dolo; (16) quamvis ex Jure Civili rem
non sacram rapiens e loco sacro non sacrile-
gium, sed furtum committit. (17) Item sacri-
legi sunt, qui aliquid violenter, aut injuste,
& injuriose in personam sacram committunt,
ut

[12] C. 2. C. titul. de major. [13] C. 2. de maledic.
& obed.

[14] Tot. tit. de sacril., & [16] Can. quisquis §. simili-
Cap. 1. cum seqq. 26. q. 1. ter 17. q. 4.

[14] Levitic. C. 24. vers. 16. [17] L. vivi ff. ad leg. Ju-
liam peculatus.

ut qui manus violenter in Clericum injiciunt, qui in excommunicationem incurront Summo Pontifici reservatam . (18) Sacrilegium autem committentes in rebus, pro criminis qualitate asperius puniuntur, aut levius, puta excommunicatione, infamia, carcere perpetuo, mulcta pecuniaria,

Et qui cum personis coeunt Deo dicatis, sacrilegorum poenis quoque plectuntur.

Non minori vero contumelia Deum afficit Simonia, quæ res divinas mortali pretio æstimat. Est etenim Simonia rei spiritualis, vel spiritualibus annexæ mercimonium, ab illius auctore Simone Mago nuncupata. Est autem ex communi Doctorum distinctione triplex, (19) Mentalis, quæ voluntate tantum concipiatur, nec animum extra progreditur: ut si quis per simulationem officii futuro collatori aliquid offerat spe beneficii sacri ab eo impetrandi, (20) quæ Simonia eum interius lateat, non mortalem judicem, sed solum Deum habet ultorem. Alia est conventionalis, quæ conventionibus, aut pactis sive tacitis, sive expressis animum offerendi pretii patefecit, et si effectu caruerit. Alia tandem realis est., quando ad pacta effectus accessit: cuius criminis rei sunt, non modo ipsi contrahentes, sed etiam interpres, quos mediatores vocant, sponsores, depo-

[18] Can. si quis suadente

13. n. 103.

17. q. 4,

[19] Navarr. in Manual. C,

[20] Gloss. C. unicō de Cler. non resident. in 6.

depositarii: ac duæ hæ postremæ species exteriæ etiam judicio vindicantur, pœnisque afficiuntur his; nempe degradatione in Clericis, in laicis excommunicatione: præterea omnis actus tamquam illicitus effectu suo frustratur: unde ordinatio caret exercitio, & collatio beneficiorum est irrita, ita ut simoniace collatum adhuc vacare censeatur: (21) Ad Simoniam etiam refertur ea, quæ appellatur confidentia, sive fideicommissum super beneficio fundatum: ut eum beneficium recipimus, quo fructus illius alteri reddamus, aut certo post tempore titulum restituamus: aut cum usque ad certam infantis ætatem in amici alicujus fide beneficium deponimus, ut illud adulto restituat.

Item reservatio pensionis absque Superioris auctoritate, & renunciatio, servato ad idem regresu, cæterique tractatus hujusmodi, qui fiduciarii latine dicuntur. (22)

Punitur etiam, qui pro docendi licentia quidquam acceperit: ne avaritia sua discendi facilitatem, & doctrinarum usum in Ecclesia utilissimum irminuat. (23).

Alias

[21] Can. si quis i. q. i. can. quando Episcopus s. quod si aliter d. 34. can. si Episcopus i. q. i. C. dilectus, ubi Glossa de simon. Conc. Trid. sess. 21. C. 2. de reform.

[22] Conc. Trid. sess. 25. C. 2. de reform. Pius IV. Const. 85. incip. Romanum Pontificem, & S. Pius V. Const. 85. incip. intollerabilis.

[23] C. i., & 2. de magistr.

Alias vero potias constitueret Sammi Pontifices recentiores, nempe Sixtus V. Conf. 91: *Sanctum, & salutare*, Pius V. Conf. 5. *Cum primum*, & Clemens VIII. Conf. 40: *Romanus*:

In criminibus ponitur etiam usura, quæ natura euræ, & rationi humanæ repugnat, utpote fructus pecuniaæ, rei nempe sterilis, ideoque furto comparatur: prohibitaque fuit Hebreæis a Mose, qui Hebrei, et si non inter se, tamen eum cæteris gentibus fœnus exercere poterant: apud eos enim proximi nomine tantum Hebrewraicus Populus veniebat. At postquam a christiana caritate vocabulum hoc ad omnes homines fuit extensum, eadem quoque usurarum prohibitio latius processit: ita ut nobis neque inter nos, neque cum exteris fœnus exercere a Sacris Canonibus permittatur. Est autem usura quidquid supra sortem a nobis mutuo datam accipitur. Quamobrem qui fructus expignore percepit, repetendo sortem, debet in eam imputare, quidquid percepit a fructibus, ut debitor sibi retinere de pecunia mutuata possit quantitatem parèm quantitatè fructuum perceptorum. (24) Ratione quoque lucri cessantis, & damni emergentis crimine carent ii, qui cum in mercimoniis pecuniam utiliter occupare possent, eam alteri mutuantes aliquid supra sortem stipulantur: quo nomine eximuntur a crimen usurarum Montes Pietatis a Leo-

ne

{24} C. 1., & 2.; & C. conquestus de usuris:

ne decimo Instituti in Concilio Lateranensi.
(15)

Tres quodque casus excipiuntur; in quibus licet integranti sortem recipere, quamvis frustus ex pignore percepti futerint.

Primus, si laicus possessionem aliquam rei Ecclesiastice, quam injuste detinebat, eidem Clerico pignori tradat, cui eam eripuerat. (26) Secundus, si res pignori data sit feudum, & pignori detus domino directo: is enim potest feudi fructibus frui; & integranti sortem a debitore suo recipere: dummodo feudi onera non exigat a Vassallo non possidente. (27)

Tertius est, si maritus, dote nonidum exacta, possessionem frugiferam a socero in pignus accepit: potest enim is tolerandorum onerum conjugalium causa gaudere fructibus, & integrant postea dotem a socero repetere. (28) Quamobrem non solum ipsi eti usurarius, verum & haeredes ipsius ad usuras restituendas compelluntur iis, quibus usuras extorserint, vel haeredibus eorum; aut, si tales deficiant, pauperibus: nisi propter notam inopiam facultate careant restituendi. (29) Atque ad restitucionem usurarum, & ad cessationem exactio- nis cogi possunt ab Ecclesiastico Judice per censuras; quamvis debitor juraverit, se usuras a fœ-

[25] Sess. 10. in princ.

[26] Cap. 1. de usuris.

[27] Cap. conquestus de usur.

Cap. 1. de fenis.

[28] C. salubriter 16. de usu

tis.

[29] C. cum tu C. tua nos

de usur.

a fœneratore minime repetitum. [30]

Variis autem, gravissimisque poenis usurærii subjiciuntur. Etenim Clerici suspenduntur, vel deponuntur ab ordine. Laici excommunicationis fulmine cum infamia percélluntur, [31] & mortui ab Ecclesiastica Sepultura etiam arcentur. [32] Ac nisi usuras reddiderint, testandi quoque facultate privantur. [33] Omnibus denique vetatur, ne finibus suis, aut tectis usurarios manifestos accipiант, neve domos eis locent, ni velint & ipsi locatores, & receptores subire poenas a Canonibus constitutas.

Furtum Sacri Canones puniunt interdictio-ne Ordinis: etenim fures Ecclesia promoveri vetat ad Sacros Ordines, si publica infamia laborent. Occultos autem non aliter ad Ordines admittit, nisi delictum confessi, ablatum reddiderint, pœnitentiamque egerint. [34] Ordinatos vero, si furentur, & incorrigibiles fuerint, deponit ab Ordine, ac sæculari potestati tradit. [35] Sed jam ad venerea delicta veniamus.

Adul-

[30] Cap. præterea de usur. can. si quibus oblitus, & C. quoniam 14. dist. usuris, & clem. 1. de usur.

[31] Can. infames 3. q. 7. l. improbum Cod. quib. ex causis infam. interrogatur. [33] Cap. quamquam de usur.

[32] C. quia in omnibus de [34] Cap. 1., & seq. de usur. in 6.

[35] C. ex literis de furtis:

Adulterium Jure Civili committitur in alienam conjugem. [36] Jure vero Canonicō a marito alieno in quamlibet etiam innuptam. [37] Atque in laico quidem excommunicatio-ne, in Clerico vero depositione, aut in utroque certæ pœnitentiæ impositione punitur. [38] Mulieres autem in Monasteriū ad perpetuam pœnitentiam, si mariti eas recipere noluerint, con-jiciuntur. [39]

Raptore virginum, nisi matrimonio, adsen-tiente puella, crimen purgetur, excommuni-catione puniuntur, [40] aut depositione ab ordine, si Clericus raptor fuerit. Raptore au-tem Sacrarum Virginum, sive Monialium, quas vocant, quia matrimonio crimen ex-piare nequeunt, raptorum simul, & sacrilego-rum pœnas a Canonibus constitutas subire co-guntur. (41)

Stuprum, si commissum sit cum honesta-muliere, pœnitentia, & pecuniaria pœna pu-nitur, si vero cum virgine, stuprator illam-ducere, patre consentiente, compellitur; si pater recuset, vel status personarum, aut rerum conditio id non patiatur, pecuniam doti con-gruam respondere jubetur. At si pater quidem

P

nuptiis

[36] Can. Presbyter dist. 31., & C. cum non ab homi-ne de judic.

[37] L. inter 6. §. lex Julia ff. ad legem Julianam de adult.

[38] C. Clericis de excessi. Præ-lat. C. intellectimus 6. de adult., & stupris.

[39] C. gaudemus de converg. conjug.

[40] Can. 1. 36. q. 2.
[41] C. 2. cypm seq. 36. q. 2.

nuptiis assentiatur , stuprator vero ducere il-
lam nolit , corpore dabit pœnas , & excom-
municatus , quoad judici placebit , detrudetur .

[42]

Adulterorum etiam pœnis , aliisque majori-
bus , vel minoribus pro judicis prudentia , &
criminis qualitate punitur tam incestus , sive
concubitus cum consanguineis , usque ad gra-
dus prohibitos ; quam crimen eorum , qui cum
ea , quam de Sacro Fonte suscepserant , vel in
Chrismate tenuerant , concubuerunt .

Eodem quoque modo puniuntur ii , qui
venerem verterunt in uitum naturæ contra-
rium , aut libidine sua bestias appetiverunt . [43]

Falsi crimen in Clericis Jus Canonicum de-
positione ab Ordine punit , & detruzione in Mo-
nasterium pro criminis qualitate . [44]

Exacerbantur autem pœnæ in falsatoribus li-
terarum Apostolicarum , quos cum fautoribus
Canones anathemate damnant , Clericos omni-
bus beneficiis exuentes , eosque degradatos ju-
dici sæculari tradentes : illos autem , qui non
falsaverint literas , sed falsatis ab alio usi fue-
rint , mitius tractantes ; & Clericos quidem spo-
liantes beneficiis , laicos vero excommunicatio-
ne irretientes , donec congrue satisfecerint : idem-
que statuentes in eos , qui falsas literas impe-
trassent . [45]

Homi-

[42] C. 1., & seq. de excess. | de judic. C. si Episcop.,
Prælat.

[43] C. Cler. de excess. Præl. | [45] Can. ad falsiorum de
[44] C. cum non ab homine | crimine falsi.

Homicidium vel mandatu alieno committitur, quod vulgo assassinum vocatur, vel sua sponte, vel casu: quorum pessimum est illud, quod alieno jussu patratur; ideoque non solum tales rei, sed & receptores, & consultores, & defensores exuti bonis, officiis, dignitatibus, beneficiis, hostes Christiani declarantur, excommunicationis, & depositionis ipso jure sententiam incurrentes. [46]

Similibus poenitentia tenentur, qui non mandatu alieno, sed suopte ingenio per industriam hominem interemerint; (47) exceptis iis, qui furum occiderint, quem alia ratione evadere non potuissent. [48]

Homicidarum quoque poenitentia obstringuntur ii, qui partum abjecerint, & mulieri abortus causam dederint, aut concipiendi facultatem medicamentis abstulerint; [49] nisi foetus conceptus nondum vivificatus esset, aut id casu evenisset. [50]

Fortuita enim homicidia, dum nihil criminis, aut illicitum quis peragat, nullis subjacent poenitentia, [51] exceptis parentibus, qui dormientes pueros corpore oppresserint: illis enim certorum annorum poenitentia injungitur. Iis tandem, qui sibi ipsis mortem consciverunt, Ecclesia suas preces negat, & sepulturam.

Spi-

P 2

[46] C. 1. de homicid. in 6. | [50] C. sicut ex literarum

[47] C. 2. eod. | eod.

[48] C. 9. eod.

[49] C. si quis de homicid. | [51] Can. s̄pē contigit 50.

Spirituales pœnæ , quibus utitur Ecclesia , Censuræ nuncupantur , forte a censionibus censorum , qui excludendo a censu , sive a descrip- tione Senatorum , aut Equitum , quos præte- riissent , infamia notatos ordine movebant . Di- viduntur autem Censuræ in excommunicatio- nem , suspensionem , & interdictum .

Excommunicationis originem non solum ab Hebræis , qui gravissimi criminis reos , cum infamia nota e Synagoga , & communione Sacrorum ejiciebant ; sed etiam deducere possumus ab execrationibus Gentilium , qui ob atrocitatem sceleris familiaritatem , colloquium , & civile commercium adimebant . Cujus exem- plum pœnæ vetustissimum est illud Orestis ma- tricidæ . Is enim apud Euripidem dolet se ob tale facinus amisisse colloquium , & vitæ societatem eum cæteris civibus , neque aliter Oedipus apud Sophoclem . Utque a fabulis ad historias , & a Poetis ad Philosophos transeamus ; Plato in libris de legibus reos gravissimi sceleris passim privat communione Sacrorum , & commercio civium , & Alcibiadem , quod mysteria in pro- pria domo celebraisset , Sacerdotes Athenienses , poscente populo , Diris devoverunt , sive exer- crarunt , quod nos dicimus excommunicare : postea vero refecrarunt , quod nos absolvere vocamus . Neque admodum dissimilis est ex- communicationis nostræ , quæ fuerat apud priscos Romanorum interdictio aqua , & igni . Nihil vero tam simile , quam quod de Druidis Galliæ

Galliae Sacerdotibus refert Cæsar , [52] inquiens. Si quis privatus , aut publicus eorum decreto non sterit , Sacrificiis interdicunt : hæc pœna apud eos gravissima ; quibus ita est interdictum , ii numero impiorum , ac sceleratorum habentur: iis omnes decedunt , aditum eorum, sermonemque defugiunt : neque iis potentibus jus redditur , neque honos ullus communicatur . Præceptum autem interdicendi commercii tam Sacrarum , quam Civilium rerum criminosis nos ab ipsomet Christo accepimus , (53) & a Paulo , (54) qui nobis prohibet ad mensam eamdem accedere cum scelestis , & detractoribus , ac præcipit , dirimendum esse commercium cum eo , qui Dei verbum non audit , ut pudore afficiatur , atque ita ad bonam frugem redeat . Quem deinde morem Ecclesia perpetuo tenuit . Est igitur apud nos excommunicatione hominis exclusio ab Ecclesiæ corpore , vel a participatione Sacramentorum : (55) unde dividitur in majorem , & minorem . Major ejicit hominem extra Ecclesiam , & communionem Fidelium . (56) Minor vero tantum arcet a Sacrementis : (57) ideo major excommunicatione nuncupatur anathema , quasi ita excommunicatus sit sepositus , & segregatus : quo sensu verbum hoc distinguitur ab alia significacione

P 3

in

(52) De Bello Gallico lib. 6.

(53) Matthæus 8. 17.

(54) Ad Corinth. 5. 11. , & ad Thessalon. 3. 14.

(55) Can. omnes Christiani ,

& C. qui vero 11. q. 3.

(56) Cap. penult. de sentent. excomm.

(57) Ibidem .

in bonam partem, quæ ei tribuitur a Veteribus, cum hoc vocabulo significant donaria suspensa Diis, tamquam selecta, & seclusa a cæteris profanis rebus. Infilitur autem excommunicatione vel ab homine, vel a jure; & jure infligitur, quando absque opera judicis, sed solo ministerio legis quis excommunicatur: quæ appellatur excommunicatio latæ sententiæ, sive major sit, sive minor.

Majorem ipso facto absque auctoritate judicis incurunt hæretici, eorumque fautores, falsatores literarum Apostolicarum, percussores Clericorum, simoniaci, aliqui in pluribus Juris Canonici locis expressi.

Minorem ex sola legis auctoritate incurunt, qui communicant cum excommunicato excommunicatione majori: (58) quando non fuerint ejusdem criminis participes: tum enim & ipsi majori excommunicatione implicantur. (59)

Ab homine infligitur excommunicatio, quando Prælatus, aliusve Judex Ecclesiasticus contumacem, & reum sententia excommunicationis damnat; quæ in dubio semper præsumitur excommunicatio major, (60) & appellatur excommunicatio ferendæ sententiæ. Rursus excommunicatione interna est, & externa. Internam incurrimus propter quodlibet mortale peccatum, quo abscindimur ab invisibilis Ecclesiæ corpore,

(58) C. 3. de sent. excomm. in 6., & C. cum nuper vers. in 2. extra eod.

(59) Dicit. C. nuper C. si con- cubinæ eod.

(60) Cap. penult. de sentent. excomm.

re, cum quo non communicamus, nisi per gratiam, quam lethaliter peccantes amisimus. (61) Externa est super memorata, de qua hoc titulo agimus, quæ segregat nos ab Ecclesia etiam visibili.

Cum autem excommunicatio infertur ab homine, judex inferens non ante pronunciare sententiam debet, quam præmissis tribus monitionibus, vel pro omnibus una, interpositis iustis dierum intervallis, nisi necessitas aliter possit. (62) Admonetur autem judex a Concilio Trid. (63) ne in civilibus, aut criminalibus causis excommunicatione utatur, nisi in subsidium, quando aliud remedium non suppetat; & eam ferre debet, in scriptis addita causa; (64) non omnes tamen cum excommunicato communicare prohibentur. Excipiuntur enim uxor, liberi, servi, ancillæ; & qui ignoranter cum excommunicatis communicant, non incurunt, neque communicantes cum iis, qui cum excommunicato communicant. (65)

Excipiuntur & Peregrini, quia necessitas eos communicare compellit, & qui humanitatis gratia excommunicato aliquid largiuntur, (66) & creditor debitoris excommunicati; ac tandem qui excommunicatum alloquuntur, ut eum ad

P 4

curam

(61) Can. audi 11. q. 3.

(62) C. sacro de sentent. ex-
comm.

(63) Sess. 25. C. 3. de reform.

(64) C. factio de sentent. ex-
comm.(65) Can. quoniam multos 11.
q. 8.

(66) Eod. can. quoniam.

curam salutis æternæ adducant. (67)

Addendum est ex Martini V. Constitutione, nemini vetitum esse communicare cum excommunicato, antequam specialiter, & expresse quis excommunicatus a judice declaretur: nisi publice innotescat illum, in excommunicationem incidisse, ut nemo possit eam ignorantiam sine dolo profiteri. (68)

Minori autem excommunicatione irretitus potest ea, quæ sunt jurisdictionis, exercere: unde potest eligere. (69) Major vero excommunicatione tam eligere, quam eligi vetat, & irritat collationem beneficii factam in excommunicati personam, itemque præsentationem, permutationem beneficii, impetrationem literarum Apostolicarum, suspendit ab officio, inducit infamiam, prohibet ad ordines ascendere, eximit hominem quasi e numero viventium, aufert Fideliū suffragia, & Ecclesiasticam Sepulturam; (70) si autem excommunicatus post annum insurduerit, atque crimen pœnitentia non expiaverit, contra eum, tamquam de hæresi suspectum proceditur. (71)

Interdictum est poena, qua certus personarum numerus, aut certa regio Divinis privatur

Offi-

- | | |
|--------------------------------|---------------------------------|
| (67) Cap. intelleximus de jud. | (69) C. ult. de Cler. excomm. |
| C. si vere de sent. ex- | (70) C. gravem §. ult. de sent. |
| comm. C. excommunicata- | excomm. |
| mus §. credentes de hær. | (71) Conc. Trid. sess. 25. C. |
| (68) Covarr. Cap. Alma Mater | 3. de reform. in iure. |
| p. 1. §. 2. n. 7. | |

Officiis, & Sepultura, & Sacramentorum perceptione. Cujus exemplum aliquod Epist. 144. nobis D. Basilius reliquit, qui plures raptiores cum suis familiis, & integrum vicum, quorum homines opem criminis praestiterant, excommunicatione perculit. Quibus poenitentia non solum Pontifices Maximos, sed & Episcopos esse usos, non ambigitur, cum certi sint casus, ex quibus ab ipso jure interdictum profertur. Unde aliud est interdictum juris, aliud hominis, nempe Judicis Ecclesiastici.

Interdictum a jure profertur in Civitatem, aut aliam Universitatem quamlibet, quae prædas adversus Ecclesiam permiserit, vel si vexavit S. R. E. Cardinalem, aut proprium Episcopum, aut vexantibus opem, consiliumque præbuerit; (72) vel si Civitas, ubi electio Pontificis celebranda esset, neglexerit præscripta in Cap. *ubi periculum de elect. in 6.*

Interdictum vero emittitur ab Ecclesiastico Judice extra, justaque de causa scripto tradenda, (73) non ex causa pecuniaria, (74) neque privati hominis, ex decreto Conc. Basileensis relato a Covarruvia in Cap. *Alma Mater.*

Est item interdictum locale, personale, & militum, idest locale pariter, & personale. Locale dicitur,

(72) C. ult. de poenit. in 6. | (73) C. 1. de sent. excomm. Clem. 1. de poenit. | (74) Extrav. 2. eod.

dicitur, cum locus solus interdicitur; personale, quo personæ tantum; quorum discrimen est, quod interdicto loco licebit iis, qui culpa vacant, extra locum participare Divinis; interdictis vero personis, tam in proprio, quam in alio loco Sacramentorum, & Divinorum usus prohibetur singulis. (76) Aliud discrimen est, quod interdicta Civitate aliqua, vel Castro, aut Villa, suburbia simul, & continentia ædificia interdicta censentur. (77) Interdicto vero Clero, non comprehenditur ea poena Populus, neque interdicto Populo Clerus interdicitur. Quamvis autem interdictum locale tollat e locis administrationem Sacramentorum, & Divinorum celebrationem; tamen certis temporibus, certisque modis, humanitatis causa, severitas ista relaxatur. Unde permittitur Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, atque Eucharistia, & confessio Sacri Chrismatis in Cœna Domini. (78) Item Missæ Sacrificium, aliorumque Divinorum celebratio submissa voce, januis clausis, & Campanis tacentibus, amotisque solemniis omnibus; quæ solemnia, & publicæ Festivitates restituuntur tantum diebus festis Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, Assumptionis B. M. V., eaque indulgentia extensa etiam est ad solemnitatem Corporis Christi, & ejus octavam, per Bullam Eugenii IV., & Martini V.. Qui autem

(76) C. si sententia de sen-
tentia excomm. in 6.
(77) C. si Civitas eod.

(78) Quoniam de sent. ex-
comm.

autem sciens prudens celebrat in loco interdicto, est irregularis, adeo ut a solo Pontifice Maximo poslit absolvī; etiam Regulares interdictum violantes excommunicatione puniuntur; iisque censuras, & interdictum nedum a Sede Apostolica, sed etiam ab Ordinariis emanantia, in suis Ecclesiis publicare, ac servare tenentur.

Levis cujusdam interdicti similitudinem habet suspensio, qua Ecclesiasticæ personæ ad certum tempus, vel ad arbitrium Episcopi ordinis exercitium interdicitur vel omnino, vel ex parte. Eam gentilibus etiam Sacerdotibus usitatam fuisse, colligitur ex Juliano Epistola 62.; & similis huic erat pœna illa Decurionum, qua certum ad tempus ab ordine suo movebantur, (79) & suspensio appellari cœpit in Aurelianensi Concilio, cum olim latine absensio diceretur.

Oritur autem suspensio, sicut interdictum, vel a jure, puta contra Clericum simoniacum, & publice fornicarium, atque ob aliud grave crimen Canonibus notatum; vel ab homine, cum quis hanc pœnam ex sententia judicis iusta de causa substinet: unde hujus pœnæ tantum Clericus capax habetur, cum is habeat ordinem, a cuius exercitio suspendatur: ferenda est autem scripto expressa causa, seu culpa, propter quam profertur: alioquin incurrit judex suspensionem a divinis Officiis, & per mensem Ecclesiæ

(79) L. 2. in princ. ff. de Decur.

Ecclesiæ aditu excluditur. (80) Episcopus vero nunquam suspensionem incurrit, aut censuram juris, vel hominis, nisi nominatim exprimitur. (81) Suspensus autem ab uno, minime suspensus ab aliorum connexu censetur, unde suspensus ab ordine, non est suspensus a jurisdictione, neque a beneficio: nec qui suspenditur a superiori ordine, amittit exercitium inferioris, quamvis qui ab ordine inferiori suspenditur, superioris etiam ordinis exercitium amittat. Qui vero suspensionis neglecta sententia, exercet ordines sibi non exercendos, incidit in irregularitatem.

Est autem irregularitas impedimentum Canonicum, prohibens, ne quis ordinetur, neve unquam in susceptis ordinibus ministret, vel ne ad superiores ordines promoteatur. De cuius impedimenti causis non solum in Titulo, *Qui promoveri non possint*, sed & alibi oblata, occasione passim differuimus, ita ut opus non sit ea repetere, vel aliud adjicere, supra quam Institutionum ratio, & mensura patitur, satis que fuerit hoc generale decretum adjungere, quo Sacr. Conc. Trid. (82) statuit, Episcopos in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto provenientibus post dilispensare, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & causis deductis ad forum contentiosum.

Peregi-

(80) C. 1. de sent. excomm. | (81) Sess. 24. C. 6. de re-
(82) Cap. quia periculos cod. | form.
in 6.

Peregrimus jam, Ornatisimi Auditores, Institutionum Canonicarum cursum, & quotidiam hujus anni prælectionem absolvimus. Utinam tanta in docendo scientia, quantam amor in vos meus, & vestra in addiscendo diligentia postulabat. Quidquid igitur mihi doctrinæ defuit, velim vos labore vestro, atque ingenio expleatis. Ac simul ignoscitote, obsecro, si laudis, & honoris vestri nimium cupidus, aliquoties in reprehendenda quorumdam negligentia mihi quidquam exciderit acerbius; inde enim intelligere potestis, quanti vos fecerim, quod apud me digni fueritis, quorum causa homo Philosophus tantisper irascerer, is præser-tim, quem Susurronum, & Semidoctorum agmina perpetuo plurium annorum latratu, non magis, quam Pigmai Herculem commoverunt.

V A L E T E.

**FINIS INSTITUTIONUM
CANONICARUM.**

INDEX

I N D E X

Titulorum in tribus Libris Institutionum Pontificii Juris contentorum.

Proæmium in Pontificii Juris Institutiones.

Titulus	I. De Jure Canonico	1.
Tit.	II. De partibus Juris scripti, & de Jure Divino	3.
Tit.	III. De Sacris Constitutionibus	3.
Tit.	IV. De Jure personarum	6.
Tit.	V. De Episcopis, & Summo Pontifice	7.
Tit.	VI. De Electrone	13.
Tit.	VII. De iis, qui eligere, eligeive possunt	22.
Tit.	VIII. De Postulatione	24.
Tit.	IX. De Confirmations Electionis	26.
Tit.	X. De Consecratione	27.
Tit.	XI. De receptione, & auctoritate Pallii	29.
Tit.	XII. De vita, & honestate Prælatorum	32.
Tit.	XIII. De officio Archidiaconi	33.
Tit.	XIV. De officio Arctibipresbyteri	35.
Tit.	XV. De officio Vicarii	36.
Tit.	XVI. De Coadjutore	38.
Tit.	XVII. De Corepiscoporum usu sublato	39.
Tit.	XVIII. De Translatione	40.
Tit.	XIX. De Renunciatione	42.
Tit.	XX. De Depositione, seu Degradatione	45.
Tit.	XXI. De Sacerdotibus in inferiori Ordine constitutis	47.
Tit.	XXII. De iis, qui sunt in Sacris constituti	48.
Tit.	XXIII. De iis, qui sunt in minoribus Ordinib. constituti	50.
Tit.	XXIV. De communibus tam minorum, quam majorum Ordinum	52.
Tit.	XXV. De iis, qui promoveri non possunt	57.
		Tit.

I N D E X.

239

Tit. XXVI. <i>De Præbendis, & aliis Beneficiis</i>	61.
Tit. XXVII. <i>De Collationibus</i>	65.
Tit. XXVIII. <i>De Institutionibus, & Jure patronatus</i>	73.
Tit. XXIX. <i>De Clericis non residentibus</i>	77.
Tit. XXX. <i>De Regularibus, & Monachis</i>	81.

I N D E X L I B R I I I.

Titulus I. <i>De rerum divisione, atque administratione</i>	
Tit. II. <i>De Sacramentis</i>	88.
Tit. III. <i>De Baptismo, & ejus effectu</i>	91.
Tit. IV. <i>De Sacramento Confirmationis</i>	98.
Tit. V. <i>De Pœnitentiis, & Remissionibus</i>	99.
Tit. VI. <i>De Eucaristia</i>	108.
Tit. VII. <i>De Extrema Unctione</i>	112.
Tit. VIII. <i>De Sacramento Ordinis</i>	114.
Tit. IX. <i>De Sacramento Matrimonii</i>	115.
Tit. X. <i>De Sponsalibus</i>	116.
Tit. XI. <i>De Nuptiis</i>	121.
Tit. XII. <i>De impedimentis Matrimonii</i>	123.
Tit. XIII. <i>De triplici Cognatione</i>	132.
Tit. XIV. <i>De Clandestina Desponsatione</i>	138.
Tit. XV. <i>De iis, qui Matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari</i>	139.
Tit. XVI. <i>De Divortiis</i>	140.
Tit. XVII. <i>De rebus sanctis, sacris, & religiosis</i>	143.
Tit. XVIII. <i>De constitutis, consecrandis, & reparandis Ecclesiis, & Altaribus</i>	144.
Tit. XIX. <i>De unionibus Ecclesiarum</i>	147.
Tit. XX. <i>De immunitate Ecclesiarum</i>	150.
Tit. XXI. <i>De Censibus, Exactiōibus, & Procurationibus</i>	154.
Tit. XXII. <i>De Capellis Monachorum</i>	156.
Tit. XXIII. <i>De Religiosis Domibus</i>	157.
Tit. XXIV. <i>De Sepulturis</i>	158.
Tit. XXV. <i>De Canonica portione</i>	161.
Tit. XXVI. <i>De Decimis</i>	164.
Tit. XXVII. <i>De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non</i>	167.
Tit. XXVIII. <i>De Peculio Clericorum</i>	169.

INDEX

INDEX LIBRI III.

Titulus	I. <i>De Judiciis</i>	- - - - -	173.
Tit.	II. <i>Do Procuratoribus</i>	- - -	175.
Tit.	III. <i>De Arbitris</i>	- - -	177.
Tit.	IV. <i>De in Jus vocando</i>	- - -	178.
Tit.	V. <i>De Dolo, & Contumacia</i>	-	183.
Tit.	VI. <i>De Libelli conceptione, & oblatione</i>	185.	
Tit.	VII. <i>De Exceptionibus, & Replicationibus</i>	187.	
Tit.	VIII. <i>De Restitutione spoliatorum</i>	-	190.
Tit.	IX. <i>De litis contestatione</i>	- - -	191.
Tit.	X. <i>De juramento calunnia</i>	-	193.
Tit.	XI. <i>De Probationibus</i>	- - -	194.
Tit.	XII. <i>De Sententia, & re judicata</i>	-	206.
Tit.	XIII. <i>De Executione rei judicatae</i>	-	208.
Tit.	XIV. <i>De Appellationibus</i>	- - -	210.
Tit.	XV. <i>De in integrum restitutione</i>	- - -	214.
Tit.	XVI. <i>De Criminibus</i>	- - -	215.

FINIS INDICIS.

Imprimatur. Vic. Gen. S. Officii.

V. Peyrani L. F. R.

Se ne permette la Stampa. Morozzo
per S. E. il Sig. Marchese D'Ormea
Gran Cancelliere.

Bayerische
Staatsbibliothek
München